scilicet (ver) scotteti coram nobis jure Theuthonico respondebunt. Et quem vero civitas vel villa (universaliter) citata fuerit propriis nominibus hominum suppressis tunc tantummodo duo cives seniores seu villani cum suo scottero coram nobis comparent suo jure responsuri, quicunque autem nominati fuerint in (citatorio) citatorio debent comparere. Pecuniam vero condemnationum parvas et magnas nihil excipiendo abbas prefatis conventui recipiat et convertat in sui monasterii utilitatem. Ipse vero scottetis causas potestate sui judicii leves et arduas judicent, reos criminis et malefactores qui intra eorum metas reperti fuerint pro qualitate cujuslibet noxie culpe debita punicione. Quorum igitur nomina locorum et villarum licet non omnium propriis vocabulis duximus (in presenti) declarandum (a) (que quidem sunt): Rudno — — Sedlisz, Babinowice, Gromnik, — — — — Pilzno, Strzegona (b) Dobromil, Namenica, Brzostek, — Mizard, Krajowice, Lancors, Warsice, Sebne, Lutka, Unelicz, Cerchino, Swepethnica, Olpino, Stróże, Bezdedkowici, Jura, Sborowici (Gro)dzica, Cuków, Radeszów, cum suis pertinentiis, Penskow, Butkowe, Volg Golikowice, Sierca, Woranów, Lapuyca, cum Kojanów, Nepresna, Wilkow in Castellanatu Cracoviensi, Xiążnice cum suis pertinentiis, Ulkolice, Petrkowice cum Mruky, Opatowice in castellanatu visliciensi; (x) Rudno, Tu cków, Biróvka, Sedlisce, Babinowice, Gromnik, Cienkowice, Potaniec, Sie mieckow, Cekow, Pilzno, Strzegowice, Deborzyno, Namienica, Brzostek, Ule wy, Mizard, Krajowice, Lancors, Warzyce, Siebnie in castellanat. Vojnicziensi, Unow Cerkino, Swepetnica, Olpiny, Stroże, Bezdedkowice, Jura, Zborowice in Castellanatu Dobyczensi.) — Hec omnes villa cum silvis circumcurrentibus, molendinis, venationibus, pratis, pascuis, nemoribus et aliis utilitatibus quibuscunque (que) pertinent ad abbatem et ad Domum Cysterciensem. Jades vero dicte Domus silvarum incipiendo a Stróże usque ad metas Ungarie et a Lutka usque ad metas Russie — Quicunque vero locati fuerint vel inveti super hereditatibus nominatis a primo die locationis triginta annis super silvis duodecim annis super mericis vel querietis, octo annis super campis gaudeant omnimoda libertatitate. Si quis autem hanc nostram — piam — et condignam donationem infringere unus temerario voluerit vel pro pena unam marcam auri, castellano, Palatino (et) judici cracovien(sibus) unius unam marcam argenti persolvere teneatur. Ut igitur hec illibata et inviolata perpetuque permaneant presens scriptum (rog) prefato monasterio traditum sigilli robore fecimus communiri. Acta sunt hec Cracovie anno Domini 1288 presentibus istis, quorum hec sunt nomina

comes Sulco castellanus, com. Petrus palatinus, com. Laurentius judex, com. Nicolaus thesaurarius, com. Nicolaus succamer., com. Nicolaus subjudex cracovienses. Datum per manus Philippi subcancellarii curie nostre.

XXXIII. Premislaus secundus dux Polonie etc. liberat villas omnes monasterii Tyneciensis ab omnibus expeditionibus, exactionibus et solutionibus etc. Anno 1290. 29

In nomine Domini Amen. Nos secundus Premislaus Dei gratia dux Polonie Cracovie et Sandomirie notum facimus universis presens scriptum inspecturis, quod ob amorem Dei sanctegque virginis Marie, necnon apostolorum Petri et Pauli, qui in Tinecia patrocinantur, damus et concedimus omnimodam libertatem super omnes villas polonicas vel teutonicas absolventes eas vero instas earum ab omnibus expeditionibus preter invasionem paganorum ab omnibus exactionibus et solutionibus videlicet a vacca, a ove, a stan, a porcove et sep et ut ville dicti cenobii, que sunt multum desolate denuo reformentur prohibemus omnibus nostris baronibus, castellanis, palatinis, judicibus et officialibus quod non debeant homines dicti cenobii sive sint ascripticii vel liberi, exceptis hereditariis questionibus, citare vel judicare si vero citati fuerint non tenebuntur respondere, et si ad nostre curie cognitionem judicii et examen aliqua causa delecta fuerit sicut est sbor, charba, glova, raylovna rest griven et trista, nullus omnino officialium vel suparum recipiet solutionem nisi albas vel aliquas per ipsum constitutas. In cujus rerum testimonium presentem paginam scribi fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Cracovie Anno Domini 1290 presentibus quorum nomina subsequuntur: Dominus Procopius cancellarius, comes Nicolaus palatinus Calisiensis, comes Martinus castellanus de Malogoc, Magister Miroslaus, comes Nicolaus thesaurarius, comes Naglo, dominus Petrus, per cujus manum transivit.

42.
XXXIV.

30

In Nomine Domini. Amen. Quoniam quæ aguntur in tempore ne simul labantur cum lapsu temporis, opportunum est ut ea confirmet solemp- nis titulus litterarum, quapropter Nos Kazimirus Dei gratia dux Bythomiæ notum esse volumus universis et singulis, tam præsentibus quam futuris, præsentem vo- titam habituris, quod Stanka et Mathias frater ejus, filii quidam Joannis de Sewar, in bona valetudine mentis et corporis, in nostra præsentia constituti non coacti nec compulsi, de mera, libera, ac omnimoda voluntate, præhabita plenaria deliberatione, communicatoque suorum amicorum omnium consilio pariter et favore, molendinum super fluvium qui Premsa vulgariter nuncupatur, ap- Sewar civitatem situatum, viro Discreto Domino Dythmo plebano ibidem in Sewar vendiderunt libere resignantes, quod molendinum prædictus Dominus Dyth- mus suique successores et posteri una cum orto ibidem adjacente, nomine e- dem, libere jure perpetuo hereditario possidebunt. Nos vero de nostra gratia sp- ciali ad instantiam prætati Domini Dythymi et ad honorem ejusdem in remissionem nostrorum omnium peccatorum ipsum molendinum absolvimus ab om- ni genere solutionum, videlicet exactarum, collectarum, vaccarum et aliarum ar- gariarum quocunque alio nomine censeantur, et specialiter ab omni jurisdictione omni- um judicum volumus et facimus fore penitus liberum et exemptum, nec cui- quam fas erit molere sine mensura seu privari in pistura nisi prius veri po- sessoris prehabita licentia et concessa, et ut hæc venditio venditionisque resigna- tio robur optineat valiturum super his præsentem paginam scribi jussimus nostri sigilli munimine roboratam. Actum et Datum in Bythom per ma- nus Petri scriptoris cujusdam in crastino beati Barnabæ apostoli. Anno Dom- ni 1304 coram testibus infra scriptis Kristino judice curiæ, Thomea Benonicor subcamerario, Domino Hessone de Breymir militibus, Domino Ottone canonico Cracoviensi nec non plebano de Chyczsko, Andrea Stasane plebano Lartenni et aliis quam pluribus fide dignis.

(1) Sieweirz. Baliński II. 109

XXXV.

43.

25

1311.

31

In Nomine Domini Amen. Iustitia est jus unicuique quod suum est tribuens ingratos ob dementa puniendo bene meritos vero beneficiis perpetuis multipliciter premiando. Ideo nos Wladislaus Dei gratia Cracovię, Sandomirię, Siradię, Lanicię Visjavięque Dux ad notitiam, memoriam et testimonium perpetuum omnium presentium et futurorum volumus devenire, quod propter demerita publice perjuria, traditiones, proditiones, commissiones criminis illesę majestatis, quas civis civitatis nostri Cracoviensis nephandissime in nos hęredesque nostros ac gentem polonicam atrociter perpetrarunt tradentes civitatem dictam principibus peregrinis evellendo et exterminando nos suos veros et legitimos Dominos et hęredes. Et maxime Ludmannus de Ilsar, Casow et Smirdanza, Johannes de Radesow et Volan, Jacobum et Paulum de Prunow, de Brandnik de Kriva, Dubrova Scultheti, Heinrza de Kazer et alii sui fideles in Brandnik mansos habentes, Henricum advocatum Cracoviensis in Wilkow et omnes alii quicunque habent bona mobilia et immobilia a monasterio Sanctensi, eorundem de matura consultu nostrorum baronum et hęredes ipsorum, Nomine Domini invocato omnibus possessionibus prędiis, juribus, redditibus, scolthetiis, privilegiis, libertatibus, gratiis, confirmationibus, donationibus, bonis emptitiis, et quocunque titulo aquisitis, a quocunque a nobis nostrisve prędecessoribus sub quacunque forma verborum et speciatim a monasterio, abbatibus et conventu Sanctensi prędicti ordinis sancti Benedicti de Dioecesis Cracoviensis ex nunc sententialiter et perpetuo eximimus, privamus, nudamus et pronuntiamus publice fore privatos et nullius momenti propter dicta scelera existere penitus vel vigoris et reducimus dicta bona plene et integre ad jus et proprietatem cum omni Dominio et jure ad monasterium et conventum Sanctensem, excludimus prędictos scultetos et hęredes ipsorum a dictis bonis et omni actione et accessu perpetuo inhabiles perjuros et perfidos nunc et semper et facimus monasterium et conventum scolthetiarum, bonorum et omnium jurium ipsorum veros Dominos et hęredes. Quicunque autem venit contra presens nostrum privilegium et quotiescunque duas marcas auri nobis pro poena et tertiam monasterio dicto solvat et solvere teneatur, privilegio

nihilominus in suo robore permanente. Actum apud Dobkiez in castris. Anno Do[mi]
1311 In die beati Thome apostoli. Presentibus fidelibus nostris: Voytecho Butarino, Bro[ne]
Dota Castellano, Smilone judice, Sudone Dapifero, Pauto Thesaurario, Dobeslao Aga[ro]
rone Sandomiriensibus; Johanne de Brestko Castellano, Floriano subcamerario Cracovien[si]
sibus, Derscone Dicto celmo de Samina, Johanne de Brechkow Castellano, et aliis plu[ri]
bus fidedignis ad hoc rogatis et specialiter evocatis. In cujus rei testimonium
scripto presenti sigillum fecimus appendi, Datum per manus Desloj prepositi
Beati Floriani et nostri subcancel. Cracoviensis.

— XXXVI.

32

Sub anno Domini 1319 in octava purificationis beate Virginis Marie. Nos Wl[adislaus]
Dyolano Dux Terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cujavie
nec non hæres totius regni Polonie infrascripta omnia et singula acta
et processus facta coram nobis et nostris militibus fuisse publice protestam[ur]
mur, quod cum . . . . . retroactis super castro Golov et hereditatibus sibi
adjacentibus videlicet Ciaromei(?) Warzizy, Lanowizy, Cerlino atque hereditatibus
in territorio Bicensi(?) situatis videlicet Strose, Swepemiza, Slago
vzany, Uradona(?) vulgariter vocatis inter viros honorabiles et Discretos Dominum
Michaelem divina miseratione abbatem Zyrcensem pro una parte, agentem et
comitem Jacobum subcamerarium pro altera parte respondentem materia questio-
nis. Citationes et prorogationes . . . . . Tandem partibus utrique sci-
licet domino abbati et comiti Jacobo memoratis, prenotatis die et anno termi-
nus peremptorius in hunc modum extitit assignatus, quod quicunque ipsorum jam
dicto termino non astaret ille tamquam contumax in causa debet condempnari
et succumbere irrevocabiliter in eadem, die igitur et anno adventibus
prenotatis predictus Dominus abbas termino sibi prefixo astitit propia in persona
et debebat comite Jacolo non comparente nec per se nec per sufficientem

interrumpcionem aut responsalem justicie, igitur exigente et causaque qualibet remote-
rata et separata juris equitate Dominum Abbatem per eos pro omnia justificavimus
in castro et hereditatibus expediendis comitem Jacobum condempnantes in eisdem ne
contumaciam ipsius manens incorrecta ab aliis trahatur in exemplum. Ad cuius rei
evidenciam plenioremque presentibus sigillum nostrum duximus appendendum. Datum apud
Sochino anno et die prenotatis, presentibus hiis testibus, comite Nawogio Sandomiriensi,
Dobrogostio Poznaniensi, Klemente Siradiense, Palatinis, Sandone Sapiszo
Cracoviense et Leonardo Agarone Siradiense. Datum per manus Domini Stignevi Ca-
nonici et viccancellarii Cracoviensis.

33

XXXVII. Johannes episcopus Serens servorum Dei Dilecto filio suo Laurentio De Ungaria, ceterisque filiis et fratribus ordinis predicatorum in Terris Sarracenorum, Grecorum, Bulgarorum, Ruthenorum, Cumanorum, Tartarorum, Iberorum, Alanorum, Chazarorum, Gothorum, Scitorum, Nestorianorum, Armenorum, Indorum, Opochetitarum, aliarumque non credentium nationum orientalium et aquilonis, seu quarumcunque precium proficiscentibus salutem et apostolicam benedictionem. Cum sit hora nunc presens undecima adeo fore congrua igitur operarii ecclesie orthodoxe nequaquam ad mundi vesperam exire debeant ad excolendam vineam Domini Sabaoth pro denario diurno celestis pacis. Ideo dignum et justum est ut nos fideles ministri salutis eciam eo magis officiamini . . . . . ad illa bona opera exequenda et regiones illas, quibus

Nie skończone — nie można bowiem zrozumieć skróceń.

XXXVIII. In nomine Domini Amen. Quoniam ea quæ gerentur in tempore ne simul evanescant cum processu temporis bonum et utile est minime vigillo rum et scripti testimonii roborantur. Igitur noveris tam præsens ætas, quam futura, quod ad nostram præsentiam Borislai præpositi de Coseret venien providus vir Adam scultetus de Glogova cum uxore sua Dobka, quam odeli ei scultetiam in Glogova habet post uxorem suam Dobka, quam scultetiam habet uxor sua a patre et a matre sua videlicet Johannis et Vojsrecha humiliter nobis supplicavit ut ei privilegium super scultetiam in Glogova renova remus affirmans quod privilegium suum super prædictam suam scultetiam in Glogova per ignem esse combustam fassus est coram nobis Borislao præpos in Coseret. Idem scultetus Adam propter plurimorem credulitatem eodem privi legio suo combusto fidem fecit sufficientem coram nobis. Unde nos itaque pe distatus præpositus supplicationibus ipsius scultetti aquiescentes privilegium supra prædictam scultetiam in Glogova præsenti tenore renovamus, scilicet in hac ve ba, ut in antiquo privilegio continebatur, quod idem scultetus Adam cum uxore sua Dobka et sua legitima posthentate in eadem ville Glogova ration scultetiæ habeant quatuordecim mansos liberos, in quibus mansis possunt melius emeliorare alere. Item quatuor hortos in fine villæ, tabernam, pistrinum, calcatoria fabricæ, bancos panum, mensas carnium, de omnibus judicata tertium denarii Tenentur eciam nobis idem scultetus et successores sui servitium exibere et cen sum exigere de villa et presentare præposito in monasterio. De quolibet manso per fertonem et per maldratam frumenti de triplici grano duas mensuras trili sex mensuras siliginis, quatuor mensuras avenæ. Item emetones tenentur nobis hono Dare ter in anno, in pascha per decem ova a quolibet manso et unam pernam De lardo pro sex scotis de tota villa, item per duos pullos in festo sancti Mar rentii. Item per duos pullos in nativitate Domini a quolibet emetone in monasterio presentabunt nobis. Item tenentur nobis ter arare in anno tria prandia per totum nobis in anno scultetus unum prandium emetones vero duo preterea quolibet prendio fertonem. Item de speciali gratia damus eidem scultetto libere aves, leporos qua hicunque arte possit capere in prædicta hereditate tamen absque damno emetonum. Item emetones tenentur præposito dare quartam partam de tota venatione ferarum, sive avium. Et nos iterum tenemur dare tertiam partam de præ dicta venatione. Ut autem contingerit aliquem emetonem invenire accipitrem ob avium

habit eligere proprio de quolibet mio unam avem, alio quin si aliter faceret
sequitur eo pena videlicet media marca. Moriente autem eodem dicto scultheto cum
uxore sua nullus alter debet possidere predictam scultheciam in Glogova nisi pro-
ter suus nomine Sladek cum filia Dobeas nomine Katerina et cum legitimis succes-
soribus suis in perpetuum venerit. Ut autem hujus nostre pia et gratiosa renova-
tio ante nominati privilegii robur perpetuo firmitatis optineat sigillum nostrum
in testimonium fecimus appendi. Et quia prorsus incognita sunt nobis jura
novi fori, videlicet juxta Sredensis, omnia nobis et pro Domino nostro sana et in-
tegra reservamus. Datum et actum in monasterio in Cosorol. Sub anno 1363.
Presentibus his testibus, Michaele, scultheto de Cosorol, Nicolao scultheto de Cillo
sordoll filio Michaele famulo nostro de Cosserol, item Martino filio Barthonis
item Nicolao et aliis qui interfuerunt pluribus fide
dignis.

Privilegium pertinens ad scultheiam in Glogova. 1363.

XXXIX. Przyzwoński T. III 284.

35

XL. Hedvigis Dei gratia Regina Polonie, Lithuanieque princeps suprema etc. fideliby
Dilectis Yerrigenio, Consulibus Totique Communitati civitatis et districtus Lemburgensis
regiam gratiam cum favore, fideles nostri dilecti vobis et vestrum cuilibet tenore
presentium damus veritatem sine fraude et dolo. Ita quod ad nostram majestatem
venire pacifice possitis sententia vestra disponere et domum libere accedere, valoris
vestris rebus omnibus et personis harum quibus nostrum sigillum appensum est
testimonio literarum. Datum in Grodek feria sexta proxima ante dominicam
Reminiscere. Anno Domini 1387.

36

XLI. Hedvigis Dei gratia Regina Polonie, princepsque Lithuanie suprema et hae-
res Russie etc. significamus quibus expedit tenore presentium universis etc.
veniens noster ecclesiensis ad presentiam personaliterque constituta honesta Domi-
Anna relicta Nicolaihonis domum suam sitam in platea portę Casimirianae
sub castro cracoviensi, ab una parte aree ad ecclesiam sancti Egidii perti-
nen et ab alia aree Pranobka dicti Lassko contiguam, juxtaque fluvium
ibidem sub castro cracoviensi fluentem residentem, cum omni jure donatione he-
reditario ad dictam domum et ad ipsam pertinentem pro se vicibil et suis
assignibus xx reservando fideli viro Petro vicecustodi ecclesię cracoviensis por
ginta marcarum numi et pagamenti polonicalis vendidit, omnemque hereditatem
ac jus dicte domus eorum nobis resignavit, dans et concedens eidem Domino Petro
Vicecustodi plenam et omnimodam facultatem et potestatem dictam domum ven-
di, arrendandi, donandi, et in usus suos ac aliorum quibus donatur convertendi, o
bitum et placitum ipsorum voluntatem. In cujus rei testimonium presentem
scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum et actum in Homa
feria quinta ante festum exaltationis sanctę crucis. Anno Domini 1392. Presen-
bus nobilibus viris Jascone de Bogorio tunc thesaurario Venetiarum curię nostrę, Petro
magistrum curię
subdapifero de Szczekotin, Jacusio de Boturzin subiamerario et magistro curię nostrę, Wi
Lopoffsinski, Nicolao filio Dragoslagi ac Nicolao Falconski familiaribus nostris

XLII. 37 Semovitus, dei gracia dux Mazovie etc. Significamus ~~presentibus~~ tenore presencium quibus expedit universis tam presentibus quam futuris horum noticiam habituris. Attendentes debita obsequia fidelisque merita quibus nobis nobilis Ignatius Oblaznijcz Sudko gener ipsius et Jacz fratres ejusdem Ignatii de Oblaznijcze nostri fideles sincere dilecti complacuerunt et ad amplius adaucta fidelitatis ipsorum constancia dante domino studebunt promereri ipsos et eorum quemlibet cum ipsorum prole legitima volentes prosequi nostris ducalibus uberius gracia et favore ab omnibus serviciis curialibus et quibuslibet communibus eos et et eorum quemlibet eximimus absolvimus et perpetuo libertamus ut ad ea super amplius [nullibus] per aliquem nostrorum dignatariorum et officialium astringantur neque teneantur perpetue et in eorum, imo ipsos de jure in jus terrestre translatos teneant habeant et observent. Bone cujus quidem nostre gracie ipsis taliter ut premittitur per nos facte precari Ignatius Sudko et Jacz ipsorumque pueri legitimi ad quemlibet expedicionem generalem, dum alii terrigene vocabuntur nobis et nostris successoribus una hasta duabus balistis circumsita cum aliis terrigenis servire tenebuntur temporibus perpetuis toties quoties exhiberit opportunum. Eo tamen non obmisso, quod decimam de illic ab antiquo pro nobis dari soliam et consuetam juxta antiquam consuetudinem nobis dandam reservamus. Eo adjuncto, quod dum et quotiens nos ad villam ipsorum Oblaznijcze dictam causa recreacionis nostre ad venandum visitare sive descendere contigerit, quod ipsi Ignatius Sudko et Jacz ipsorumque pueri jam dicti pro nostro felici adventu placitum juxta antiquam consuetudinem nobis teneantur ministrare opportunum, demum dum contigerit urorum querere ipsum querant et indagari teneantur. Datum in Kudaczow sabbato proximo ante Invocavit anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo quinto sigillo nostro presentibus in plenioremque firmitudinem subappenso. Presentibus ibidem strenuis et nobilibus dominis Gothardo de Micz[illegible]ow, Johanne Thabarth de Radiesli nostro Rawensi subcamerario Johanne de Nieborow, Johanne Swojnka de Scholma, Andrea Strzelnick de Borthnijki, Senkone Proczowitz de Rudnijki nostro judice Kudacreviensi, Demetrio Danijlowitz de Ruda, Hinsikone de Illenijcza et aliis quam pluribus nostris fide dignis. Scriptum per Gregorium de Brzezini nostrum notarium. Kiemowitus, dux Masovie eximit Ignatium de Oblaznice et Jacz eorumque proles ab omnibus servitus

50 reservans sibi suisque successoribus stationem tempore veneris in villis eorum. Datum in Kudacxow 1430 5.

XLIII.

Joannes Dominicus Spinola Protonotarius Apostolicus, utriusque signaturæ sanctissimi domini nostri Papæ Referendarius, nec non curiæ causarum cameræ apostolicæ generalis auditor, Romanæque curiæ judex ordinarius, sententiarum quoque et censurarum tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latarum, ac litterarum apostolicarum quarumcunque universalis et executor, ab eodem sanctissimo domino nostro Papa specialiter deputatus universis et singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, decanis, Archidiaconis, scholasticis, cantoribus, custodibus, Thesaurariis, sacristis tam cathedralium quam collegiatarum ecclesiarum, canonicis, parrochialiumque ecclesiarum Rectoribus seu locumtenentibus, eorumque plebanis, viceplebanis curatis et non curatis, clericisque Presbyteris nec non clericis, Notariis Tabellionibus publicis quibuscumque illicque vel illis ad quem seu ad quos presentes nostræ litteræ pervenerint seu quomodolibet præsentatæ fuerint Salutem. In Domino et nostris hujusmodi imo verius apostolicis firmiter obedire mandatis noveritis. Nuper coram Nobis seu Reverendissimo Patre domino Josepho Anselmo utriusque Signaturæ sanct. Serenissimi Domini Nostri Papæ Referendario et Nostro in Civilibus Causis locumtenente pro parte et ad instantiam Reverendi Patris Joannis Damasceni S. J. M. Prioris Jaslovencensis Procuratoris Provinciæ Sancti Hyacynthi in Russia nomine R. P. Mariani S. J. D. Provincialis Præfatæ Provinciæ principaliter comparitum et expositum fuisse quod cum eorum sacer ordo Prædicatorum ob varia præclare gesta saluti ipsorumque innumeros fructus quos in Dei Ecclesia produxit, fuerit a Sancta Sede Apostolica quantum ad omnes Conventus fratrum et sororum eorumque Ecclesias et domos ab omni Jurisdictione tam ordinariorum quam quorumcunque aliorum etiam legatorum de latere apostolicorum penitusque exemptus subjectusque. Immediate absque ullo medio Soli Romano Pontifici nec non sub patrimonio apostolorum Petri et Pauli sub eadem Sede apostolica benigne susceptus a qua etiam plurimis gratiis favoribus et privilegiis etiam per modum communicationis insignibus existit ut constat per varias Bullas et litteras apostolicas concessionum et Confirmationum hujusmodi videlicet felicis recordationis Nicolai Papæ Quarti Bonifacii Octavi Benedicti Secundi Bonifacii nonni Nicolai tertii Pauli tertii Julii tertii Clementis octavi ac aliorum summorum Pontificum et signanter Julius tertius inter alia privilegia illi concessa motu proprio concessit ut quoad omnes superiores fratres, Moniales, sorores, Personas Monasteria, domos Ecclesias hujusmodi omnibus et singulis privilegiis exemptionibus et gratiis quibus omnes quotcunque ordinum mendicantes etiam minores et de observantia nuncupati ac Heremitarum sancti Augustini Carmelitarum Beatæ Mariæ Servorum et Minorum ac aliorum quorumcunque ordinum Congregationum et Confraternitatum Patribus et personis Ecclesiis Monasteriis domibus oratoriis et aliis piis locis eorumque Prioribus fratribus sororibus concessis et oblatis congregatis marsellatis ac etiam de Pœnitentia nuncupatis ac aliis utriusque sexus personis per eosdem Prædecessores ac etiam hactenus quomodolibet etiam vivæ vocis oraculo concessis et imposterum forsan concedendis uti frui potiri et gaudere possit et debeat in omnibus et per omnia perinde ac si fratrum Prædicatorum ac aliis sibi commissis ordinibus eorumque superioribus fratribus Monialibus, sororibus personis et Monasteriis domibus Ecclesiisque locis prædictis specialiter et expresse concessa fuissent auctoritate et tenore præmissis decrevit, illaque eis et eorum singulis communicavit ut latius in dicto motu proprio continetur sub die 10 Julii 1551. Cum igitur antedictus ordo per viam communicationis et participationis non solum hactenus sed etiam perpetuo futuris temporibus utatur et potiatur prout Reverendus Pater Procurator nomine quo supra uti et potiri in præsentiarum intendit privilegiis omnibus cæteris Religionibus concessis præsertim illis, quod hactenus reperiatur concessa Congregationi Beatæ Mariæ Jubicensis et Minus Conventibus Personis et Ecclesiis per varias

52. bullas videlicet Gregorii XIII Sixti V Gregorii XIV Clementis octavi et Sanctissimi in Christo Patris et D. N. D. Pauli divina providentia Papae V., qui inter caetera sub certo colore quod intendita Congregatio Beatae Mariae Julianensis illius incolumibus Rationibus inquietabatur vexabatur et nonnullorum locorum ordinarii quia in litteris non erat facta specialis mentio exemptionis a Jurisdictione locorum ordinarii ideo ne dubitari de caetero super hujusmodi exemptione contingat expressae mandat supradictam Congregationem Beatae Mariae Julianensis sub quovis quaesito colore seu pretextu ab Episcopis Archiepiscopis Praelatis Abbatibus Judicibus ordinariis seu Delegatis seu quovis alio nomine nuncupatis in visitando, gubernando praecipiendo corrigendo aut quemvis alium actum Jurisdictionis exercendo minime molestari inquietarique posse, sed soli Romano Pontifici illam et illius Conventus Ecclesias loca et Personas subjecit et sub immediatam suam et Sedis Apostolicae protectionem regimen subjectionem gubernationem et obedientiam recepit. Ita quod Archiepiscopi Episcopi ordinarii vicarii Judices et Officiales praefati etiam ratione delicti aut Contractus vel rei de qua agitur nullam in eos et eorum aliquem aut monasteria membra et loca praefata et hanquam prorsus exemptos et exempta jurisdictionem correctionem superioritatem dominium vel potestatem exercere aut excommunicationis suspensionis vel Interdicti aut quasvis alias sententias censuras et poenas ecclesiasticas promulgare praesumere seu possint aut debeant quoquomodo Nec ipsi sic exempti nisi coram eodem Sanctissimo seu Nobis et sanctae Sedis apostolicae Auditore generali ad judicium evocari aut quovis modo directe vel indirecte molestari possint cum Clausula irritante ac sublata aliter judicandi facultate remoto vitio obreptionis ac intentionis non obstantibus ac sub poena excommunicationis latae sententiae, a qua non nisi in articulo mortis a Romano Pontifice pro tempore existente absolvi possint. Insuper dictam Congregationem et illius bona et personas a solutione decimarum taliis aut quovis genere exactionis etiam praetextu cujusque visitationis aut transitus innovans omnia alia privilegia exemptiones et ut latius in dictis litteris continetur. Insuper expositum fuit quod licet alias de anno millesimo quingentesimo octuagesimo quarto die vero decima quarta Martii ad instantiam ordinum mendicantium Reverendissimorum Patrum Dominorum Superiorum Generalium et Provincialium et aliorum fratrum ordinum mendicantium hunc temporis existentium fuerit expeditum monitorium a bonae memoriae Hieronimo Matthaeio tunc Auditore Camerae Praedecessore vestro per acta Pompei Valerii Curiae Causarum Cameraе apostolicae notarii ubi enunciabantur omnia et singula Privilegia Immunitates et exemptiones per varias bullas concessas et concessa et illarum vigore contra nonnullos malevolos et invidos et aemulos qui non verebantur perturbare dictos ordines et illorum loca Conventus Ecclesias attentantes reprobare sensum super eorum privilegiis contingentes novas declarationes in dictis litteris contenta nec vexare a solutione decimarum taleorum ac alterius exactionis ut latius in eo continetur Ideo illis inhibuit sub poena excommunicationis aliisque poenis in eo contentis ne audeant loca Conventus ecclesias bona et personas perturbare seu praesumere velle declarare Indulta privilegia Confirmationes In dictis litteris contenta nec vexare a solutione decimarum taleorum ac alterius exactionis ut latius in eo continetur. Quod quidem monitorium licet in multis locis forsan praesentatum et executum fuerit tamen non desunt qui temere audent velle interpretari privilegia et Indulta ac exemptiones apostolicas licet in illis adsit clausula sublata aliter judicandi facultate cum decreto irritante, quod clandunt os omnibus ita quod Nemo possit nisi solus Pontifex os aperiri nec non usurpare Jurisdictionem in suos fratres et eorum bona et occupare forsan bona et cogere indirecte ad solutionem fructuum decimarum taleorum ac alterius oneris Cupiens modo D. Procurator praefatus cum soleat magis specialis provisio quam generalis et memoriae renovatio antiquarum poenarum excommunicationisque Comminatis(?) multum prodesse et temere ma-

levolos et harum dei et sedis apostolicæ auctoritatis. . . . . sui muneris est eadem privilegia, gratias et Indulta quæ toti ordini prædicto indifferenter concessa extant illibata omnino ac penitus illæsa in universa Prædicatorum familia unanimiter conservari præsertim cum ad eorum aures devenerit, quod aliqui locorum ordinarii præfendunt contra formam eorundem privilegiorum et Indultorum Jurisdictionem contra dictos fratres et sorores exercere eorumque visitare monasteria et loca dictosque fratres ac sorores punire, corrigere et emendare alii etiam sunt qui de redditibus et bonis conventuum fratrum vel monialium prædictorum ac de receptis et expositis eorundem exigere rationem in maximum dicti ordinis præjudicium ac litterarum apostolicarum prædictarum contemptum præsumant et attentent propter ea pro eorum parte in executionem prædictarum litterarum apostolicarum nobis a dicto Patre Procuratore Generali in forma probande extribitarum de opportuno Juris remedio requisiti Vobis omnibus et singulis supradictis et Vestrum cuilibet Insolidum tenore præsentium committimus et in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus statim visis et receptis præsentibus et postquam vigore præsentium fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus ex parte nostra Vmo verius auctoritate apostolica inhibeatis et inhibendo expresse præcipiatis et mandetis prout et Vos harum serie inhibemus præcipimus et mandamus Illmo et Rdmo D. protunc in Regno Poloniæ apostolico Nuntio nec non omnibus et singulis locorum ordinariis nec non aliis quibuscunque in executione præsentium nominandis et renominandis . . . . statim visis et receptis aut exequendis præsentibus sub mille ducatorum auri in auro locis pio arbitrio nostro ac etiam Reverendæ Cameræ apostolicæ applicandorum et pro illis mandati exequendis et in juris subsidium quatenus opus sit quoad Rdmos DD. Episcopos suspensionis a divinis Interdicti ecclesiastici Ingressus ecclesiæ, quo vero ad alios excommunicationis aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et pœnis audeant seu præsumant aut aliquis eorum audeat seu præsumat dictis Rdmis DD. Instantes eorumque Conventus ecclesias et domos fratres et sorores tam in Provincia Russiæ sancti Hyacinthi quam alias ubilibet constitutos contra formam dictarum litterarum apostolicarum molestare vexare vel perturbare aut in eos aliquam jurisdictionem ullo prætextu exercere seu visitare punire, corrigere seu emendare, aut de redditibus et bonis conventuum fratrum vel monialium prædictorum aut receptis et expositis eorundem aliquem exigere rationem aut quicquam innovare seu attentare seu innovata et attentata prosequi in futurum contra formam dictarum litterarum apostolicarum per se sane aliumve seu alio

quovis praclexta quaesito colore causa vel Ingenio quovis pretextu quaesito Colore causa vel Ingenio quin imo moneatis et requiratis prout et Nos tenore praesentium monemus et requirimus eosdem quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo duos pro secundo et reliquos duos dies pro tertio ultimo et peremptorio termino ac monitionis canonica vobis assignamus et vos assignatis eisdem sub eisdem sententiis censuris et poenis debeant et quilibet ipsorum debeat prout ad eos et eorum quemlibet spectat et pertinet a quibusvis jactationibus vexationibus perturbationibus et impedimentis eisdem DD. instantibus quomodolibet contra formam dictarum litterarum apostolicarum et Privilegiorum et exemptionum illatis factis praemissis ac fieri et inferri cominatis(?) ac ab inferendis fiendis et praestandis in futurum destitisse cessasse et abstinuisse ac desistere cessari et abstineri fecisse et sese abstinuisse dictisque privilegiis gratiis immunitatibus et exemptionibus quibuscunque sibi per dictos summos Pontifices concessis uti frui potiri et gaudere permisisse ac etiam dictis litteris apostolicis et nostris hujusmodi monitorialibus litteris In omnibus et per omnia paruisse et obedivisse. deque paritione hujusmodi Nos quanto citius fieri poterit certiorasse alioquin praefatos sic monitos et citatos quod si in praemissis sese fore gravatos esse censerint modo et forma praemissis peremptorie citetis prout et Nos sic citamus eosdem per praesentes quatenus sexagesima die ab executione praesentium immediate computanda si dies ipsa juridica fuerit alioquin prima die juridica extunc proxime futura compareant Romae in judicio legitimo coram Nobis sive . . . . . Rd^mo P. D. Anselmo nostro in Civilibus Causis Locumtenente per sese aut procuratores suos sufficientes et idoneos causam eorum praescatis gravaminis allegaturi aliasque et alia dicturi facturi et recepturi prout justitia suadebit et ordo dictaverit rationis certificantes nihilominus eosdem sic citatos et monitos quod sive in dicto citationis termino ut praemissum est comparuerint sive non Nos nihilominus sive Rd^mus Pater D. Anselmus in Civilibus locumtenens noster ad hujusmodi causae cognitionem decisionem expeditionem et ad omnes et singulos actus et terminos judiciisque ad sententiam definitivam inclusive et citra non contestata procedimus sive procedet justitia mediante dictorumque sic citatorum contumacia vel ab orbe absentia in aliquo non obstantibus et insuper simili modo inhibetis et inhibendo expresse praecipiatis et mandetis prout et nos harum serie inhibemus praecipimus et mandamus omnibus et singulis DD Judicibus ordinariis extraordinariis delegatis et commissariis quibuscunque

rec non omnibus et singulis in executione praesentium nominandis et cognominandis ne sub eisdem censuris et poenis audeant seu praesumant aut aliquis eorum audeat seu praesumat dictos RR. DD. Insolentes super praemissis molestare vexare et perturbare aut in judicium trahere quam coram Nobis vel Rdmo Patre Domino Locumtenente nostro praefato quovis praetexta quaesito colore causa vel ingenio sub quod in recursu fiat ultra poenarum praefatarum incursus id omne revocabimus justificamus mediante absolutionem vero omnium et singulorum praemissorum Nobis vel superiori nostro quoad hujusmodi poenarum et censurarum incursus sanctumodo reservamus. In quorum omnium et singulorum praemissorum fidem et testimonium has praesentes fieri et per infrascriptum Curiae nostrae Notarium subscribi sigillique Reverendae Camerae apostolicae quo in talibus utimur, jussimus et decrevimus appensione communiri. Datum Romae ex aedibus nostris sub anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi Millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, inductione septima, die vero decima septima Mensis Maji Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Urbani divina providentia Papae octavi anno ejus primo etc. Joseph Anselmus scripsit.

na odwrotnej stronie In nomine Domini Amen. Praesenti publico(?) instrumento omnibus ubique pateat evidenter et sit notum. Qualiter Anno a salutifera nativitate ejusdem Domini nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo quarto Indictione Romana septima, die vero Lunae 12 Julii Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Urbani divina providentia Papae octavi anno primo Comparuit personaliter in judicio coram Illustrissimo et Reverendissimo Domino Joanne Baptista Lancelono Episcopo Nolano et in hoc amplissimo Poloniae Regno et cum facultatibus legati de latere Nuntio Apostolico ac ejus Curiae causarum Perillustri et Admodum Reverendo Domino Auditore Generali Judice ordinario Varsaviae hora audientiae causarum consueta in loco solito judiciali pro tribunali sedenti. Meque Notario Actuario ac testibus infrascriptis Religiosus Pater frater Magister Joannes Damascenus Despolitensis Sacrae Theologiae Magister, ordinis Praedicatorum Provinciae Russiae Procurator generalis et Conventus Jasloverensis Prior et retroscriptas litteras monitoriales, citatorias et inhibitoriales eisdem exhibuit et praesentavit, easdemque admitti et recipi, et juxta earum formam, continentiam et tenorem illas et in eis contenta debite exequi et observari sub censuris et poenis in eis expressis et contentis debita cum instantia postulavit. Quas quidem retroscriptas litteras Judex Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Nuntius Apostolicus, ac ejus generalis Auditor Judex ordinarius ea qua decuit reverentia ad se recepit, easque tanquam veras, non concellatas, non suspectas, sed omni prorsus vitio et suspitione carentes more solito admisit et in earumdem reverentiam et respectum

illis et in eis contentis parere et obedire velle promptissimos esse seu prebuerant, nec eis seu in eis contentis quoquomodo contradicere seu contravenire declaraverunt, sed in majorem et veriorem earumdem litterarum executionem et paritionem, se nolle amplius in causis coram eis in Tribunali presenti inter dictos Patres Dominicanos active et passive cum quibusvis personis vertentes ad ulteriora procedere, seu quicquam innovare et attentare, easdem cum omnibus illis annexis et dependentes ad Judicem Inhibentem remittendo omni meliori modo dicto supra quibus datur Presentibus ibidem Mario Ferrari Romano, et Camillo Pasquale Martiano testibus ad premissa omnia et singula vocatis habilis et requisitis. — Ego Philippus Martinus . . . . . Civitatis Melenius . . . . . Apostolica . . . . . Notarius in Archivo Romanae Curiae descriptus, nec non Curiae causarum dicti Illmi et Rdmi D. Nuntii Notarius Actuarius de premissis rogatus has presentes manu mea propria scripsi et subscripsi, sigilloque dicti Illmi et Rdmi D. Nuntii apostolici appensione communiri rogatus et requisitus in fide etc.

Anno Domini 1624 die 6 Mensis Septembris Ego Zigismundus Czarnolesky Parochus Bielensis Commendarius Czarkowiciensis in Curia Czarnkowiciensi Praesentavi Inhibitionem ac Citationem Reverendissimo Domino Adamo Nowodworski Episcopo Camenecensi his praesentibus Reverendo fratre Procopio priore Czarkowiensi ordinis Praedicatorum, Rev. Dom. Valentino Rudzkowski Notario publico, Rev. Patre Dom. Samuele Parocho Jastrowiensi, Rev. Patre Danielao Vicario Czarnkowiciensi, Rev. Patre fratre Severino ordinis Praedicatorum.

A Reverendissimo Joanne Dominico Spinola Protonotario apost. SS. D. Urbani VIII Papae Nuntio apost. in Regnum Polonie Interdictum, ne audeant in foro consistoriali prosequi Patres Dominicanos. 1624.

Lestco Dux Cracovie etc. concordiam facit inter abbatem Tynecien. et homines de Curzsank castri cracov. super limites in Radesow versus Mogila, renovando privilegium Bolesłai, ducis Cracovie etc. patrui sui. Anno 1287.

In nomine domini nostri amen. Nos Lestco Dei gratia dux Cracovie, Sandomirie ac Siradie. Notum facimus universis presentem paginam inspecturis quod cum inter abbatem Thineciensem Dominum Albertum ex una parte et homines nostros de Curzsank ex altera mota fuissent initia questionum super silvis pertinentiis et usibus ibidem adjacentes; tandem dictande justitie a nostris baronibus circa nos existentibus est compertum, ut dicti homines de Curzsank in pertinentiis et usibus silvis superius habitis finaliter remanerent; quemadmodum in privilegio patrui nostri felicis recordationis Bolesłai ducis Cracovie et Sandomirie publicatum constat fore in hec verba: In nomine domini amen. Noverint tam presentes quam posteri, quod nos Bolesłaus, dei gratia dux Cracovie et Sandomiriensis, cum ad instantiam venerabilis patris domini Bolebotii, abbatis Thinecriensis Laurentium nostrum subramerarium mediatorem statuissemus transmittentes, ut inter villam ejusdem abbatis, que Radesow dicitur et Curzsank villam hominum castri Cracoviensis ad custodiam Brodie de Millimirk pertinentium limites granice vulgariter nuncupatas abbati faceret supra dicto, et idem Laurentius simul cum convocata vicinia ipsos limites a via, que de Radesow villa supra dicta tendit in Mogilam versus locum, qui Wlosowa vocatur usque perveniret limitare, nec adhuc ad ipsum locum Wlosowam pervenerat, homines dicti de Curzsank eosdem limites fieri contradixerunt asserentes, ipsos fieri in prejudicium ipsorum et gravamen eo quod per eosdem limites ipsi spoliarentur et privarentur in silva magna, que ab ipso loco Wlosowa incipit et finit in medio Hungarorum universis et singulis utilitatibus, videlicet omni genere venandi per stampice, slopi, Jami et retia asperiollia, molleria ordinandi et aliis lucrificandi. In fluviis etiam ejusdem silvis videlicet in Skawina, Skawicha et Sedlnicha utilitatibus piscandi excepta castorum captura, que hec omnia cum predicto abbate perpetuo communiter habuerunt, quas utilitates omnes integre sine diminutione aliqua saepe dictus abbas eisdem hominibus recognovit. Quod dictus noster mediator audiens in augmentum justitie dictorum hominum ulterius voluit limitare, facient utrumque partem in nostra presentia comparere, undemque ipse abbas in nostra presentia comparendo hoc ipsum extitegro recognovit adicient nihilominus, quod aliquando Radesow dictam villam, que ad ipsum abbatem pertinet saepe dicti homines castri mixti eius incolabant invicem commanentes hominibus: verum ne inter ipsos et eorum homines super ea discordie possit aliqualenus generari, ipse abbas

propter pacis bonum hominer pertinentes Brone ad suis hominibus Homo-
vit, pro ipsorum terra, quam in dicta villa Radesov possidebant, per for-
mam commutationis terram aliam pro inhabitatione et agror ipsorum
ubi nunc Lurostank dicitur commutando in perpetuum promittendo
sub obligatione eos tam ab abbate de chirike a parte Mogilanensi,
quam ab alüs adversariis ex altera, si qui eos infestaverint super
predicta terra, quam eis contulit defensare: In super idem abbas
recognovit saepe dictis hominibus, quod tam in Radesov, quam in sua
villa non obstantibus dictis limitibus ut rumfrueltm pascuorum et
omnium aliorum semper haberent liberam potestatem, hoc excepto, quod
agror arando seu colendo dicti abbatis nequaquam idem homines se
intromittent verum ne eandem recognitionem saepe dicti abbatis possit
aliquorum aliquando calumpnia in posterum impedire. A nobis idem homines
petierunt, ut super ipsa recognitione in ipsius robur perpetuae firm
tatis litteras donaremus, nos itaque ipsam recognitionem exigente jus
tia per nostras litteras confirmamus nostro sigillo roboratas. Acta au-
tem et renovatio et confirmatio Lestcone regnante hujus privilegii, ab
incarnatione verbi anno 1285 praesentibus istis, quorum nomina in
hoc scripto continentur comes Vulco castellanus Cracovienris, Ulm Vindram
vendor Cracovienris, Johannes Bobrovius vocatus Glowni, Michael Boch
pot filii Radii. Datum per manus Philippi subcancellarii Cracovien
et Sandomirienris 15 Kalendas Julii. —

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Cum inter opera karitatis
minimum non existat vitam religiosam eligentibus et gerentibus pium
et benignum favere presidium et prestare, ne forte cujuslibet temeritatis
incursus aut eos a sue devotionis proposito revocet, aut vigorem quod
abiit sacre religionis valeat infringere seu turbare. Nos Boleslaus
dei gratia dux Cracovie et Sandomirie cum nostra carissima conjuge
domina Kyngа ob reverentiam omnipotentis dei et ecclesie sacre, ac
in remissionem nostrorum peccaminum animarumque nostrarum pa-
rentum, nihilominus etiam propter servitia utilia venerabilis in Christo
patris domini Cosme divina miseracione abbatis Tynecensis et ca-
nonici Cracovienses nobis et nostre terre impensa fideliter et frequenter,
pacis tranquillitatis et utilitatis virorum religiosorum fratrum conven-
tus ejusdem domini abbatis Tynecensis, volentes benigna sollicitudi-
ne providere, privilegia donationum et libertatum datarum tam villarum
quam-ascriptiorum eorundem et aliarum rerum a gloriose rege Boleslao
excellenti quoque regina domina Jndrka Regni Polonie nec non post-
modum ab illustribus ducibus Boleslao et Vladislao filio suo dominanti-
bus in Polonia ductimus renovanda et quam minus lucide dicta que-
rend declaranda et etiam confirmanda, ne valigo vetustatis et rubigo
antiquitatis privilegiorum datorum Tynecensi monasterio in post-
erum possent aliquid per indicium Quarum donationum et li-
berlatum confirmationem factam per venerabilem patrem dominum
Egidium Tusculanum episcopum felicis recordationis de verbo ad
verbum presentibus inserimus sub hac forma. In nomine patris
et filii et spiritus sancti. Omnes fideles Christianos qui deum ac proximi
dilectionem habere noscuntur, sanctam ac venerabilem Christi ecclesiam
fideli reverentia angere, et monasteriorum summa cum
devotione tam in temporalibus quam in spiritualibus providere, ne religioso-
rum virorum

XLVII. In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Bolezlaus divina favente gratia dux Sandomirie cum matre nostra domina Grimizlava gloriosum arbitrans cottidianos actus meos ab eo incipere et finire in eo quod est principium et finis, quod est principium sine principio et judicat finem terre, sentiens etiam principalis mei nominis excellentiam hoc debere exigere, quoscque divini servitii amatores ut sine querela in dei possitant laudem, liberalitatis nostre sustentaculo confortare, maxime autem eos, quos laboris devotio divino proficuis invigilat obsequio. Proinde noverit omnium Christi fidelium universitas, qualiter nos cum dilecta matre domina Grimizlava remunerationis spe incitati interventu etiam venerandi spiritualis patris domini Lutfridi abbatis Tinecensis nostri monasterii multiplicibus precibus inducti monasterii dicti in honorem domini et precursoris ejus apostoli Petri apostolorum principis construendi ratum constituimus et firmiter observari precipimus, ut omnia jura, quos nunc et hactenus nostro predicto monasterio ab avis nostris ejusdem fundatoribus veris sunt collata et per patrem meum dominum Leszconem duc Cracovie et Sandomirie firmiter approbata et observata eidem ipsi monasterio inviolata perhenniter permaneant. Specialiter autem tributum quod nostra lingua Stroza dicitur in hominibus tam liberis quam adscriptitiis villas ipsius monasterii incolentibus per dominium Vielicz et Sandomiriam nostra potestate contradicimus exceptis hiis, qui nostris juri vel aliquibus nostris baronibus aliqua perpetue servitute sunt obnoxii sicut cameratii et cacteri, qui pro mercede anniversaria ab ipsarum villarum incolis preter curias nostri monasterii conducti deserviunt. Si quis vel hanc postmodum per malignitatem et avaritiam et beati apostoli principis apostolorum Petri ex per hic et in futuro hanc nostre confirmationis auctoritas stabilis et inconvulsa omni permaneat evo, hoc preceptum inde conscriptum una cum domina nostra matre corroboravimus et sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Acta autem sunt hec anno dominice incarnationis 1234 in colloquio secus Vartam fluvium in villa archiepiscopali Luchan habito cum ducibus Conrado et filio ejus fratre Boleslao et Henrico filioque ejus Heinrico, coram nobis et nostris baronibus, inter quos predicipue comes magnus Pakoslaus filius Darrold castellanus Cracovie in salute anime sue testimonium super hoc perhibuit, attestante super hoc idem comite Alberto filio castellano Vislicie, quod predicti monasterii omnes ville tam in liberis quam in adscriptitiis sicut jam nominatum et superscriptum est a predicta solutione strose semper fuerint libere et immunes Theodorus palatinus Cracovie, Mistuy castellanus de Osvecim, comites

Praedislaus Zaia, Segota cum fratribus Andrea germano et Andrea filio Falconis et cum duobus filiis Anilo et Martino, Petrus nanus, Wladimirus filius Xventoslai, Clemens major atque minor et Sizema, Stredicus Virsicraginis filius Jurcle. Serbo cum fratre Virbga, Leonardus filius Cholemiri, Petrus filius Alberti, Predislaus filius Gerconis, Adalbertus archivarius et cancellarius cum fratribus magistro Bogusleo et comite Andrea nec non et filius ejusdem, Matheaus et Jacobus capellani et alii quam plures.

Boleslaus dux Sandomiriae cum matre sua Primislava liberat homines villae monasterii Trinciensis inhabitantes a tributo Strosa dicto. 1234.

XLVIII. In nomine domini amen. Bona fide contractus celebratus inter homines mortales, ideo ad memoriam perpetuam redigitur in scriptis, ne ea quae facta sunt per concordiam, quasi dato libello repudii per discordiam iterato valeant suscitari. Nos igitur Boleslaus dei gratia dux Cracoviae et Sandomiriae praesens instrumentum inspecturis notum facimus, quod Domino Bolcborio abbati Thinciensi et conventui ejusdem loci, pro commutatione terrae quae circa ecclesiam beati Floriani eidem monasterio pertinebat, quam civitati Cracoviensi et hospitibus loci praedicti adjunximus, donavimus partem portae cum tigna possessionibus claustri memorati, quam partem per Johannem militem nostrum haeredem de lipno certis terminis distinximus. Insuper dedimus terram quandam vacuam in villa quae dicitur Brozlek, quae castellanatu de Woynich pertinebat et clausuram super Wizlam cum villa quae Gosturin nuncupatur liberam, et omni contradictione non constante, et haec omnia contulimus jure haereditario possidenda in recompensationem terrae supra dictae, salvo tamen jure molendini et tabernae, quae ab antiquo in Cracovia dominus Judarca possedit. Ut igitur in praemissis nulla dubietas posteris oriatur, ista sigilli nostri auctoritate communimus, praesentibus testimonium laturis, quorum ista sunt nomina. Dominus Fulco cancellarius. Sulek Eudam castellanus Vizliciensis. Doberlaus castellanus de Chranow. Janussius camerarius Cracoviae. Slava pincerna de Sarnow. Albertus sub agazo Sandomiriensis. Boleslaus canonicus Sandomiriensis ecclesiae. Ivo cappellani curiae. Datum in Kawihori per manus Gardozlai subcancellarii. Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo duodecimo Kalendas Junij.

Boleslaus dux Cracoviae dat monasterio Thinciensi pro terra quam circa ecclesiam S. Floriani partem portae adjacentis possessionibus monasterii et terram in Brzoslek villa A. D. 1258.

XLIX. Sub anno domini millesimo ducentesimo decimo nono In octava purificationis beatae virginis Mariae. Nos Wladislaus dei gratia dux terrarum

XLIX. In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Licia hunc mundis errorum et dubiorum prudenter occurimus dispendiis dum gesta actatis nostrae litterarum apicibus et fide dignorum testimonio perhennamus. Proinde nos Wladislaus dei gratia Rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae Sandomiriae Syradiae Lanciciae Cuiaviae Lithuaniaeque princeps supremus Pomeraniae Russiaeque dominus et haeres. Significamus tenore praesentium

quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium noticiam habituris. Quomodo considerantes et inspectis fidelibus serviciis Nobilis Barthossii de Wyanczowniczа nostri fidelis et dilecti, quod nobis exhibuit et in posterum domino suffragante paratus exhibere. Volentes itaque ipsum nostris favoribus prosequi gracia speciali, sibi scultetiam in villa dicta Krzczonow in terra et districtu Lublinensi situata cum libris laneis agri super rivulo et cum eodem rivulo ac propria arca eidem rivulo adiacente et duas piscinas una in villa praedicta Krzczonow superius nostra piscina, aliam infra Krzczonow in torrente ibidem in Krzczow in rivum fluente, et in eadem piscina inferiori molendinum aedificare dedimus et praesentibus damus, et cum prato quod vadit a multicorbis stante in medio vallis usque ad viam quae currit et saltat per eandem vallem laneam alias przesdoteh. Etiam sextum denarium de censu, tertiumque de poenis quorumcumque per nostrum scultetum vel per quempiam alium successorem aliasque officiales dedimus contribuimus et in perpetuum damus cum omnibus pertinenciis, attinentiis et proventibus ad tale officium scultetie jure haereditario spectantibus possidendum tenendum habendum, et praedictam scultetiam cum praenominatis laneis agri et rivulo ac arca eidem communiendum vendendum et ad usus suos beneplacitos libere comitendum, prout sibi aut successoribus ipsius legitimis melius et utilius videbitur expedire concedimus facultatem. Damus itaque praefato Barthossio et suis posteris legitimis unam thabernam in medio villae praedictae cum medio laneo inter alios agros thabernarum ad quam etiam addimus et praesentibus addimus residuitates agrorum ibidem ad eandem thabernam concurrentium quae residuitates vulgariter obschar nuncupantur. Et in eisdem residuitatibus Barthossius praedictus scultetus prout et sui successores possint suis propriis utilitatibus ortulanos collocare. Etiam praedictam thabernam pratum ab aggere piscinae scultetii inferioris usque ad rivulum primum versus monticulum qui vulgariter czmyntharzisko appellatur. Item dum praenominatus Barthossius laneos prescriptos solaliter et exintegro extirpaverit et effoderit aut ipsius successores legitimi extirpaverint et effoderint, extunc damus praenominato Barthossio maricam vulgariter Dabrowa jacentem inter ipsius laneos et inter Lozaczow ad utilitatem ipsius nihil pro se reservando ad in perpetuum. De qua gridem scultetia eosdem dictus Barthossius et sui posteri nobis et nostris successoribus tenebuntur et tenebuntur cum bilicia in equo suo proprio ad quamlibet expedicionem generalem paratus esse parataque et servire. Si autem contigerit quod saepe dicta villa Krzczonow veniret in possessionem dominorum, ex tunc saepe dictum Barthossium ab causam fidelium serviciorum nobis per ipsum attente exhibitorum ab omnibus aliis servitiis dominorum praedictorum eximimus et liberamus eximimus. Ipsumque successores ejus nostris pro serviciis specialiter reservamus. Unum nobis et nostris successoribus servire debebunt sicut alii Terrigini Regni nostri, Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum in Lukowicz feria secunda proxima ante festum sancti Mathiae apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo tredecimo, praesentibus hic strenuis nobilibusque viris Johanne de Szczekorini Lublinensi Dobeslao de Olesznicza Woynicensi Johanne Curpathwa de Lacznow Kawichostensi Domarath de Lobylani Bycensi Castellanis Barthossio de Ogrodzenicze succamerario Sandomiriensi et Mathia de Suchodoli judice Lublinensi et aliis quampluribus fide dignis. Datum per manus venerabilis domini praepositi sancti Floriani Cracoviensis Regni Poloniae vicecancellarii, nobis sincere dilecti. Ad mandatum domini regis per se.

Władysława Jagiełły Przywilej na sołtystwo Krzczonow 1413. —

L. Kazimirus dei gratia Rex Polonie Magnus dux Litwanie Russie Prussieque dominus et hæres etc. Significamus tenore præsentium quibus expedit universis tam præsentibus quam futuris harum notitiam habituris quomodo spectabiles et famosi consules ac tota Communitas civitatis nostre Cracoviensis fideles dilecti zelo affectionis erga nos et Rempublicam Regni nostri inducti et avolinati attendentes ejusdem Regni nostri et Reipublice et cupientes eidem pro earum viribus consulere In marca per duos grossos laxatis eorum bonis seu exactionem civilem a qualibet nostrorum Podolie et Moldavie etc. Thurcorum impetu hostium Regni nostri, et Pro tuitione et defensione terrarum christiane religionis impetu et incursu Non aliquo ex debito jure consuetudine aut segnela impulsi aut coacti sed potius de sincera pura libera et spontanea voluntate nobis dandum consenserunt et annuerunt Quorum quidam consulum et civium nostrorum Cracoviensium zelum, benivolentias et affectiones, reciproca vicissitudinis gratitudine compensare volentes, præfatam exactionem duorum grossorum a nobis liberaliter et spontanea oblatam non intendimus nec volumus, immo potius permittimus et spondemus non trahere aut usurpare in consuetudinem aut segnelam Nec per hoc eorum juribus, privilegiis, libertatibus et gratiis a nobis aut predecessoribus nostris datis quomodolibet vel concessis in aliquo successu temporum derogabimus seu detrahemus, immo verius eadem et quævis alia eorum jura in omnibus eorum punctis clausulis, capitulis articulis et conditionibus universis per omnia sana salva et inviolabilia conservabimus

dicta transactio seu contributio duorum grossorum civilis ab eisdem pace exacta et recepta. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum præsentibus est subappensum, datum in Belz dominica ante festum sanctorum Simonis et Jude apostolorum, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto 1476.

Relatio venerabilis Stanislai de Curozwaki canonici Cracoviensis et Regni Poloniæ viceCancellarii — Stanislaus viceCancellarius manu propria. —

Casimirus rex spondet consulibus et communitati civium Cracoviensium, quod exactio duorum grossorum de marca laxatis bonis eorum pro necessitatibus Reipublicæ et specialiter pro defensione terrarum Podolie et Moldavie contra Turcarum incursum ab ipsis de eorum libera et spontanea voluntate concessa, nihil ipsorum juribus, privilegiis etc in posterum detrahere et derogare possit, neque in segnelam trahetur. Actum in Belz 1476.

44

LI. Sigismundus dei gratia Rex Polonie Magnus dux Lithuanie Russie Lotharingie Prussie ac Masovie etc. dominus et hæres. Manifestum facimus tenore præsentium quibus expedit universis. Quia cum magnificus Andreas de Gorka comes castellanus Posnaniensis et Majoris Polonie capitaneus generalis bonorum Skorzow hæreditarie sincere nobis dilectus rebelliosos nobis vectores et alios negotiatores, qui publicas et antiquas vias ac stratas transitus suos facere debuerant omisso diversorio publico, quod antiquitus per oppidum ejus Skorzow fuerat, novis viis et insuetis declinare, et diversorium publicum hoc

effugere soleant, in damnum et prejudicium bonorum suorum Slocrovien-
sium et theloneï nostri Buscensis fraudem et detrimentum, supplicavitque
nobis humiliter, ut hic nobis in terris Russiæ agentibus, ejus rei certam
relationem consequi voluerimus. Et sibi deinde occasione hujusmodi
publici et antiqui diversorii litteras nostras dare et concedere dignare-
mur, ne deinceps negotiatores et alii homines transitum suum eo
facientes, quo videlicet quisque proficisci debuerit, aliquam ignorantiam
se habere desuper pretendissent. Certo igitur edocti, summi quorundam
consiliariorum nostrorum hic nobiscum existentium, et aliorum fide-
dignorum hominum, denique theloneatorum nostrorum, qui viarum
hujusmodi peritiam habere videbantur, relatione et testimonio, mer-
catores et alios vectores duabus viis ex terra Volinensi antiquitus
ad salinas nostras Russiæ, videlicet Colomienses et Dolinenses, et
pariter in Volyniam redeuntes, transitum suum facere solere et
et semper consuevisse, videlicet ex Lucko, Ostrog, Dubliani, Czerne-
nijex et aliis locis ac oppidis Volinensibus et Magni Ducatus Lithuaniæ
videlicet una via per oppidum nostrum Busko et alia via per bona
hereditaria hereditaria Olesko ac Slocrow. Quibus quidem viis ac stratis
~~omissis~~ publicis omissis quidam negotiatores et alii vectores in damnum
et fraudem bonorum et theloneorum nostrorum Buscensium: atque etiam
bonorum Slocrovicensium ipsius Castellani Posnaniensis hereditariorum
vias et stratas novas per Kaloszyce, Czernichow et alia loca inconsueta
invenire, illisque transitum suum facere solerent. Nos igitur cupientes
antiqua diversoria in suo pristino usu conservare: et quæ hactenus
neglecta vel omissa fuerant, in statum suum pristinum, juribus Regni
nostri publicis suadentibus, reducere et manutenere, super quorum
juriumm observatione communi et publica subditorum nostrorum ex-
postulatione hic requisiti et solliciti fuimus: et ne amplius inter sub-
ditos vestros desuper aliqua controversia fieret, vel oriretur in futurum,
testimonium et relationem supradictam consiliariorum et aliorum
subditorum nostrorum super usu antiquo stratarum viarumque publi-
carum, seu aliar diversorii publici antiquitus observari soliti, litteris
praesentibus commendare ad posterorum memoriam et observationem
voluimus. Tibique magnifico Andreæ de Gorka Castellano Posnaniensi
litteras ipsas super hoc diversorium publicum, quod aliar in bonis suis
hereditariis Slocrovicensibus praefatis pro commodiori viatorum et
aliorum vectorum transitu et conservatione ingenti sumptu reffecit,
et in dies eo magis reffici videtur arcem et oppidum ibidem Slocrovicensem
singulari munitione adversus quorvis eventus adversos sustinendos
statuens, tibi dandum et concedendum duximus: damusque et

concedimus praesentis perpetuis temporibus, diversorium hoc duraturum et observandum, mandantes in universum omnibus et singulis subditis nostris, praecipue vectoribus et aliis negotiatoribus, quatenus diversorium hoc publicum seu antiquum et antiquitus observari solitum, manuteneant et observent: et alias viis obliquis et insolitis amplius transire non audeant sub poenis in statuto communi Regni descriptis et amissione mercium suorum omnium, secus facere non ausuri. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Datum in civitate nostra Leopoliensi feria tertia proxima ante festum exaltationis sanctae crucis. Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo septimo Regni nostri vero anno trigesimo primo. Paulus de Wolia vicecancellarius scilicet. Relatio magnifici Pauli de Wolya Regni Poloniae Vicecancellarii Burgrabii Cracovienses et capitanei Costyniensis. /bez pieczęci/ Confirmatio publici et antiqui diversorii per oppidum Kloczow. 1537.

45

LII In nomine domini Amen. Ne gesta hominum sub tempore versutia oblivio sequuta rapiat: regum et principum tam diam spiritualium providentia constituit ea litterarum apicibus, annotationeque testium et appensione sigillorum perhennare. Ad perpetuam igitur memoriam proinde nos frater Stanislaus de Opocrno sacrae theologiae professor, provinciarum Poloniae Bohemiae minister provincialis et commissarius generalis ordinis fratrum minorum conventualium, sancti Francisci et monialium sanctae Clarae. - Significamus tenore praesentium quibus expedit aut in futurum interesse videbitur, quomodo provisi, procuratul et consules Clemens Oraczowicz, Joannes Sabla, Jacobus Iwonik, Joannes Burnak civitatis Antiqui Sandecz ex parte totius communitatis per venerabilem dominum Foelicem in eadem Antiqua Sandecz plebanum et in villa Siedlcze et Babiczka ad nostrum conventum sancti Francisci cum humili exportulatione ad nostram praesentiam sese offerentes et litteras in pargameno scriptas sigillisque venerabilium dominarum ac deodicatarum dei gratia Constantiae illustris principis domini regis Casimiri totius Poloniae neptis olim ducissae Glogoviensis, nunc vero humilis Christi ancillae sub habitu et professione clementissimi patris Francisci, sanctissimi confessoris et sub ordine almae virginis Clarae una cum toto conventu et assensu ac pari voluntate et maturo consilio dominarum sororum in conventu Antiqui Sandecz sanas salvas et non vitiatas, praefatis civibus ex mera gratia concessas, praefatas litteras seu privilegium coram nobis exhibuerunt

62 supplicantes nobis, ut nos tanquam superior conventuum omnium ordinis minorum sancti Francisci et monialium sanctae Clarae minister provincialis et commissarius generalis easdem litteras approbare ratificare et confirmare ad petita illorum dignaremur, quarum litterarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: In nomine domini Amen. Cuia habet memoria est humanae conditionis et in actibus suis saepe roborata fore instabit, ideo expedit, ut facta nobilium quae in tempore vite agantur, apice litterarum aut virorum notitiae deducantur et proinde provide roborentur. Igitur notum fore cupimus praesentibus et futuris quod nos dei gratia domina Constantia illustris principis domini regis Casimiri totius Poloniae neptis olim ducissa Glogovienis nunc vero humilis Christi ancilla sub habitu et professione clementissimi patris Francisci sanctissimi confessoris et sub ordine almae virginis Clarae una cum conventu et assensu ac pari voluntate et maturo consilio omnium sororum nostrarum coenobii Sandecensis videntes paupertatem et inspectis gravaminibus civium nostrorum civitatis nostrae Antiquae Sandecz volumus eis omnia gravamina intuitu dei gratiose alleviare, ut ipsi possint considerare nostram bonam voluntatem, damus et per praesentes conferimus nostris civibus jam praefatis praedictae civitatis nostrae et eorum legitimis haeredibus natis ac nascendis successoribus plenariam ac omnimodam libertatem cum omnibus metis et juribus sicuti ab antiquo habuerunt et pronunc cives novae civitatis jure Majdeburgensi utantur, tali conditione interposita, quod advocatia unabium macellis carnium, scamnis sutorum ac pistorum, cum camerie pannorum ac baneo ad nos et nostras convictorales [?] perpetuo dinoscuntur pertinere. Addimus etiam et condonamus praefatis nostris civibus in aquis Poprad et Dunajec libere piscari et in metis saepe dictae civitatis venari. Si autem aliquo tempore contingente ligna in aquis praefatis Lapsa scilicet Poprad vel Dunajec affluerent, quivis in metis agrorum suorum pro se libere obtinebit. Damus etiam saepefatis civibus nostris absolutionem Theolonei [?] nostri, quod spectat ad claustrum nostrum liberam facultatem. Conferimus etiam eis montem prope piscina adjacentem cum omnibus utilitatibus, quae nunc sunt et in posterum fieri possunt tali pacto, ut nobis quindecim scotos singulis annis de utilitate praedicti montis in festo Paschae solvere tenebuntur, pro porco vero sedecim scotos, pro perna sedecim scotos, pro agnellis sex grossos, pro aratura agrorum nostrorum alteram divisionem marcae [?]: in pactato festo persolvendus etiam qui aquaginta emplastra lignorum sicut in foro solent venumdari nobis ante festum nativitatis Christi omni occasione semota apparatim solvere tenebuntur. Ne autem quis in posterum tactus stimulis avaritiae, aut fervens flammis invidiae hanc ordinationem et opus nostrae gratiae privo-

lam movens questionem queat perturbare, nos hanc paginam impressione nostri sigilli ac etiam muniri sigilli venerabilium dominarum nostrarum charissimarum sororum dignum duximus roborare. Acta sunt hec manifeste presentibus hiis testibus videlicet Gregorio procuratore nostro haerede de nigro rivulo, fratre Laurentio confessore nostro, domino Sobeslao plebano, domino Joanne dicto Bladisch, vice-procuratore domini regis in Nova Sandecz, domino Wenceslao de Brzixno, fratre Jacobo dicto Bobola, tunc lectore in Corczin, fratre Nicolao capellano nostro, per cujus manus hoc instrumentum transivit, et aliis quam pluribus fide dignis. Sub anno incarnationis dominii Milesimo trecentesimo quinquagesimo septimo in curia nostra quarto Kalendas Maji feria sexta.

Nos itaque praefatus frater Stanislaus de Opocno sacre Theologie professor, provinciarum Polonie Bohemie etc. minister provincialis et comissarius generalis ordinis fratrum minorum conventualium sancti Francisci et monialium sanctae Clare supplicationibus nobis per praefatos proconsules et consules a tota communitate dicte antique Sandecz per venerabilem dominum Jodicum in eadem antiqua Sandecz etc. plebanum et nationem [illegible], oblatis annuentes, praefatas litteras dei gratia domine Constantie illustris principis serenissimi regis Casimiri totius Polonie neptis olim ducisse Glogoviensis humilis Christi ancille sub habitu et professione regulis sancti Francisci et ordine alme virginis Clare unacum conventu et assensu ac pari voluntate et maturo consilio omnium sororum coenobii Antique Sandecz ratas atque gratas habentes. Ne autem in posterum Abbatisse et conventus aut bonorum conventualium F donationem libertates audeant mutare, aliquid addere aut variare, cum etiam certo dicimus, quoniam et omnes exactiones rurales, necnon pro decima ex pacto et foedere episcopatui Cracoviensi annis singulis per sexaginte marcas et non plus pariter cum incolis villis Chiquowycze qui sunt locati sub jure civili habentes omnia communia cum opidanis secundum antiquam consuetudinem et census de area solvunt. Nos considerantes quod justa petentibus non sunt denegenda, praefatum privilegium seu litteras a predecessoribus gratiose concessas et usquemodo secundum hanc donationem factam nihil est innovatum, ideo et nos ex officio nostro quo fungimur auctoritate nostra praesentes litteras jam superius descriptas approbamus ratificamus et praesentis scripti patrocinio confirmamus decorrentes ipsas in omnibus ipsarum punctis articulis conditionibus clausulis sententiis obtineri robur perpetue firmitatis. In majorem fidem et testimonium superius descriptorum sigillum officii nostri praesentibus est subappensum manuque nostra propria subscriptum. Datum Cracovie in conventu nostro sancti Francisci in domo solita residentie nostre. Die decima octava mensis Januarii anno domini Milesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

F ventualium omnium proventuum factum vel omnia vicegerentes sive deputatos aut arendatores spiritualium inordinata aut avaritia aut privatorum commodorum utilitate ducti, donationem etc.

praesentibus vera promissa Reverendo patre magistro Julio Marcio Beluncensi notario provinciali et venerabilibus patribus Joanne Soltza custode Cracoviensi et Stanislao Kwiatkowski Gwardiano conventus Cracoviensis et Joanne Cravissa familiari Reverendi patris commissarii et aliis multis ad praemissa vocatis. Frater Stanislaus eporro magister, provincialis et commissarius generalis qui supra approbat et confirmat manu sua. ———

Privilegium a conventu Ill. Ducissae Ologovicensis abbatissae et Religiosissimi Provincialis civitat. Antiquae Sandecz cum libertate jurium datum Cracoviae 18 Januarii 1559.

46

LIII. Michael Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Massoviae Samogitiae Livoniae Smolenciae Kijoviae, Volhyniae Podoliae Podlachiae Severiae Czerniechoviaeque. Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis et singulis. Reproductas esse nobis litteras pargamenas, manu propria Serenissimi Joannis Casimiri Regis praedecessoris nostri desideratissimi subscriptas sigilloque pennili communitas, sanas salvas et illaesas, omnique suspitionis nota carentes, continentes in se confirmationem litterarum inferius specificatarum. Supplicatumque nobis nomine civium, seu totius communitatis civitatis nostrae Bochnensis per fanatos Stanislaum Broxch Joannem Drabik et Stanislaum Bernatowicz iidem cives, ut eadem auctoritate nostra regia approbare et confirmare dignaremur. Quarum quidem litterarum tenor est talis: Joannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Massoviae Samogitiae Livoniae Smolenciae Czerniechoviaeque, nec non Suevorum Gothorum, Vandalorumque haereditarius rex. Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis et singulis, exhibitas nobis esse nomine civium seu totius communitatis civitatis nostrae Bochnensis per fanatos Adamum Sklapinski, Stanislaum Bernatowicz iidem cives litteras papireas infrascriptas authenticas sigillo atque subscriptione notarii ejusdem civitatis communitas, videlicet transumptum privilegii Serenissimi Dni memoriae Antecessoris nostri Vladislai regis Poloniae, quo eadem civitas et cives ob omnibus ductuarum equitaturarum, quae vulgo dicuntur Podwody, oneribus gratiose ac plene et perpetue exempta et libera facta est, sanas salvas illaesas omnique suspitionis nota carentes tenoris sequentis: Ad officium actaque consularia Bochnenses oblatae sunt nobis litterae pargamenae ad actitandum, salvae illaesae omnique suspitione carentes tenoris talis: In nomine Domini. Ad perpetuam rei memoriam. Ad hoc aeterni regis praesidio, gloriosi principatus solium assumpsimus, ad hoc regni recepimus diadema, ut subjectus nobis populus, nostro suffultus regimine, in pacis dulcedine conquiescat, et ab omni oppressionum gravamine jugiter liberetur. Proinde Nos Vladislaus Dei gratia Rex Poloniae nec non Sueorum Gothorum Vandalorumque haereditarius Cracoviae Sandomiriae Syradiae Lanciciae Lujaviae

Lithuanidque Princeps supremus Pomeraniq Russiq que Dominator etc.
Haeres. Notificamus tenore praesentium tam praesentibus quam futuris quibus expedit universis. Quod considerato et in animo revolutis multiplicibus oppressionum gravaminibus laboribus et jacturis civibus et incolis civitatum Regni Nostri ex frequentia vectigalium ductuarum equitaturarum, quae Podwody dicuntur et aliis quibuscunque nominibus nuncupentur imminentibus digna et salubri animadversione eadem vectigalia ducturas, equitaturas, ut praemittitur Podwody dictas, merita detrevimus abolendum, ut cives et incolae civitatum Regni et dominiorum nostrorum a gravaminibus ipsorum recipirare valeant, et creatoris nostri clementia pro nobis consorte et prole carissimis liberius exorare, et ut civitas nostra Bochnia hac plenitudine gratiarum nostrarum gaudeat, utifruatur et fruatur. Cives et incolae ejusdem civitatis Bochniae ab omnibus vectigalium ductuarum equitaturarum oppressionibus quae Podwody dicuntur ~~et aliis quibuscunque nominibus~~ et earum gravaminibus excipimus absolvimus et perpetuo liberamus, decernentes, et constanti firmitate statuentes. Quod a modo ab eisdem civibus et incolis praedictae civitatis Bochniae, equi pro vectigalibus, ducturis, equitaturis, Podwody dictis, quam pro curribus, quam nuntiis, quam etiam Falconistis nulla recipiantur per nostros quosvisque officiales et nuntios ratione, sed quod ipsi cives et incolae ab ipsorum datione sint soluti liberi et exempti. Illa nostra necessitate tantummodo excepta et exclusa, quod dum ibidem in Bochnia residebimus, ipsi cives et incolae ejusdem civitatis pro ducendis nostris utensilibus, coquinalibus, tres aut quatuor curribus nobis et dominae Reginae consorti nostrae charissimae similiter dare tenebuntur ad civitatem seu locum proximum, in qua voluerimus stationem tunc nos facere contingat juxta consuetudinem temporis policis recordationis Domini Casimiri regis Poloniae, praedecessoris nostri observatam. Si autem aliqua opportunitate emergente, ipsi cives hujusmodi vectigalia ducturas equitaturas ratione requisitionis nostrae dederint et assignaverint, tunc ad solutionem debitam nostrarum pecuniarum et non aliter dare et assignare tenebuntur. Vobis itaque capitaneis, burgrabiis, procuratoribus, viceprocuratoribus, tenutariis, nuntiis et officialibus universis nostris firmiter damus regalibus in mandatis, quatenus eosdem cives nostros in Bochnia circa hanc quam ipsis concessimus inviolabiliter conservare debeatis libertatem. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum Lanciciae die dominico in vigilia Beatae Mariae Magdalenae Anno Domini Millesimo quadringentesimo nono. Praesentibus Reverendis in Christo patribus Domino Nicolao sanctae Gnesnensis ecclesiae archiepiscopo, Joanne episcopo Vladislaviensi, nec non validis strenuisque viris Petro Kmitcha Cracoviensi, Cristino de Ostrow,

Sandomiriensi, Jacobo de Koniecpole Siradiensi, et Mathia Kalissiensi Palatinis, multisque aliis nostris fide dignis. Datum per manus venerabilis Nicolai Zpolski sancti Floriani ante Cracoviam Regnique Poloniæ Viccancellarii nobis sincere dilecti. Ex actis, Pawłowski, Burmistrz Bochnensis mp. ⊕ Locus sigilli. Ex actis consul Bochnensis extradit Martinus Kowalecki, notarius juratus civitatis Bochnensis. Atque supplicatum nobis nomine eorundem civium seu communitatis civitatis nostræ Bochnensis ut easdem quoque litteras ~~subscriptas~~ auctoritate nostra regia innovare approbare et confirmare dignaremur. Cui supplicationi nos benigne annuentes, eandem antecessoris nostri in subditos nostros clementiam manutenere volentes, tum etiam inhærendo legibus ac constitutionibus Regni antiquioribus ac percentioribus de immunitatibus ac libertatibus bonorum mensæ nostræ regiæ, tam in genere eorum [3] quam etiam in specie civitatis præfatæ sanctis præmissas litteras innovare approbare et confirmare acquievimus, ut quidem in omnibus earum punctis et clausulis atque toto sensu innovamus approbamus et confirmamus præsentibus atque etiam circa hanc libertatem a vectigalibus ductuariis equitatuariis vulgo Podwody nuncupatis ullisque officialium, nunciorum militum tabellariorum, et cujusvis conditionis personarum subministrantes præfatos cives, tam in civitate quam suburbiis Bochnensibus seu alicubi ejusdem manentes incolas conservamus, easdem insertas litteras in quantum juris est, vim ac robur suum perpetuo habere volumus, non obstantibus quibusvis litteris nostris in revocationem privilegii inserti et præjudicium hujus libertatis civitatis nostræ Bochnensis a quopiam exportatis et obtentis. [4] In cujus rei fidem præsentes manu nostra subscriptas sigillo Regni communiri jussimus. Datum Cracoviæ die 8 Mensis Januarii Anno Domini Millesimo sexcentesimo sexagesimo ~~primo~~ quinto Regnorum nostrorum ~~XII~~ Poloniæ XIII Sueciæ XIIII Anno. Joannes Casimirus rex. Andreas Miaskowski Ab Prosna Regens cancellariæ regiæ. — Nos itaque Michael rex præfatus supplicationi benigne annuentes præassertas litteras in omnibus earum punctis et nexibus conditionibus et ligamentis approbandas et confirmandas esse duximus. Ut quidem in quantum juris est approbamus et confirmamus præsentibus litteris nostris, decernentes easdem vim et robur perpetuæ firmitatis obtinere debere. In cujus rei fidem præsentes manu nostra subscriptas sigillo Regni communiri jussimus. Datum Cracoviæ in comitiis felicis coronationis nostræ die 30 Octobris Anno Domini Millesimo sexcentesimo sexagesimo nono, regni nostri Poloniæ primo anno. — Michael rex. Bonaventura Mądaliński, supremus Thesauri Regni notarius. Confirmatio litterarum per Joannis Casimiri regis, per Michaelem regem — civitati Bochnensi 1669. —

[pergaminowy — z podpisem króla — bez pieczęci wiszącej — ~~uszkodzony~~]

LIV. 47

PETRVS MISKOWSKI

Dei Gratiâ Episcopus Cracovien. &c. Universis et singulis quorum interest manifestum facimus hisce Literis nostris. Quod cum expo-
suissent coram nobis Pro Consul et Consules Oppidi Antiquæ-Sandecie, suo et totius Communitatis Civium suorum nomine, se ab antiquo
et immemorabili tempore ratione decimæ manipularis ex agris ejusdem Oppidi ad mensam nostram Episcopalem provenientis Anteces-
soribus nostris Episcopis, nobisq, non plus quam centum florenos monetæ et numeri Polonici quotannis solvere solitos esse; Petiissentque
à nobis, ut eos in hac veteri consuetudine, centumq florenorum pretumiæ solutione in posterum perpetuis temporibus conservare vellemus.
Nos, ne quid precipitanter hac in re facere, neve nostro, vel Successorum nostrorum juri quidpiam præjudicare videremur; Visum est nobis
id negotij ad Venerabile Capitulum Ecclesiæ nostræ Cathedralis Cracovien. referre. Quod re ex nobis intellectâ, designavit è medio sui certos
revisores, nempè Venerabiles Paulum Goslickj, et Albertum Myszkowskj Canonicos Cracovien. quibus negotium dedit, ut ad Oppidum
illud venientes, diligenter inquirerent, an illa decima majori pretiô vendi non posset, omniaq quæ opus essent, revidirent; quam quidem
inquisitionem et revisionem illi talem fecerunt, qualem fides et integritas illorum postulare videbatur. Ex quorum relatione hoc idem
Venerabile Capitulum primum cognovit, Oppidanos prædictos Antiquæ Sandecie, cùm à prima Oppidi fundatione sexaginta laneos agri,
ex quibus decima ad Episcopum spectabat, habuissent; nunc quadraginta tantum habere, eamq agri diminutionem partim propter
duorum fluminum rapidorum et violentorum Dunaiecj nimirum et Popradj impetum, qui inundatione et violentia sua permultum
fundi Civilis absorpserunt; partim etiam propter nonnullorum laneorum in certorum prediorum usum conversionem factam esse.
Deindè intellexit etiam ex certis et fide dignis documentis, hanc ex agris Oppidi decimam ad Episcopi mensam spectantem
semper sexaginta marcis, seu centum florenis polonicis solutam esse. Quæ cùm ad nos Venerabile Capitulum retulisset,
simulq nobis ostendisset, et propter causas suprascriptas, et propter soli parvam et exilem fertilitatem ejus decimæ pretium satis
justum esse. Nos re totâ bene examinatâ, et expensâ, petitioni Civium Antiquæ Sandecie eu de decima ad nos facta acquie-
scen. et annuen, eamq justa antiquam consuetudinem singulis Centum florenis Polonicis pro Festo Joannis Baptistæ sol-
vendam nobis et R^mis successoribus nostris temporibus perpetuis constituimus, et concessimus, statuimusq et con-
cedimus presentibus Literis nostris, idque de R^mdissimorum et Venerabilium Fratrum nostrorum Ecclesiæ Nostræ Cathedralis Crac-
vien. Prelatorum et Canonicorum voluntate et consensu. Eâ tamen conditione, ut et Contributionem publicam, et alia omnia onera non
ex his Centum florenis, sed ex suo perpetuis quoq temporibus pendant, et solvant, neq ullas amplius causas, vel damnorum per
inundationem fluminum, vel malam exorescentiam, et proventum frugum in excusationem adducant, quod se facturos recuperunt.
Promittentes preterea pro nobis, et R^mis Suis successoribus nostris nos illos in solutione dictæ Decimæ perpetuis tem-
poribus conservaturos, neque in posterum per nos et R^mdissimos successores nostros, ac aliam quamvis Personam ad decima-
tionem ejusdem decimæ manipularis, seu pro eadem majoris Summæ exactionem compulsuros. In cujus rei fidem, et eviden-
tius testimonium presentes Literas manu nostra subscribimus, et Sigillorum tam nostri, qm Venerabilis Capituli nostri
Cracovien. appensione subimprimi curavimus. Datum Cracoviæ die Vigesima Mensis Septembris. Anno Domini Millesimo
Quingentesimo Octogesimo Tertio. Præsentibus ibidem Nobilibus, Generosis, et Nobilibus Dominis Christophoro Rodowski
Præposito Sicien, Martino et Stanislao Skarszewskie Canonicis nostris Cracovien, Petro Szrodowski Capitaneo Bodzan-
tinen, Vincentio Romiszewski, Martino Nowicki, Thoma Rzepanowski, Sebastiano Lanicki, Joanne Siestrowski, Tho-
ma Borzyszowski, aliisque qm plurimis familiaribus nostris ad premissa testibus. Petrus Miskowski Episcopus
Cracoviensis manu propria. Locus Sigilli Episcopalis pensilis primi. Locus Sigilli alterius R^mdissimi Capituli Ecclesiæ Cath. Cracovien.

Ex Originali Authentico de verbo ad verbum fideliter collatâ
per me Laurum Chrzchorowski Civitatis Antiquæ Sandecie Scholast.

Copia Privilegium Deane

Ex Bibliotheca Regia Monacensi

Petro Stricklando decimo octavo Anglo
Mistrentti epistapo Castrensi, apvido obligato
Sanctissimi - rendinandum. Casarensis Ab Episcopus
1583.

PETRVS MISKOWSKI

39 67 68.

LV. In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam.
Nos **Stephanus** dei gratia Rex Poloniæ magnus dux Lithuaniæ
nec non terrarum Cracoviæ, Sandomiriæ, Lanciciæ, Lujaviæ, Russiæ,
Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Kijoviæ, Wolkyniæ, Podlachiæ,
Culmensis, Elbingensis, Pomeraniæ etc. nec non princeps Transyloaniæ
significamus praesentibus litteris nostris quorum interest uni-
versis et singulis praesentibus et futuris harum notitiam ha-
bituris. Producta et exhibita nobis esse jura, privilegia libertates
ex parte oppidi nostri Drohobick, oppidorumque et incolarum
illius a Serenissimis olim quid memoriæ Regibus Poloniæ anteces-
soribus nostris concessa, sub titulis et sigillis eorum appensilibus,
omni prorsus nota suspitionum carentes, supplicatumque esse
nobis, ut hujusmodi privilegia jura et libertates dicto oppido
concessa authoritate nostra regia confirmare approbare et inno-
vare dignaremur. Quarum tenor de verbo ad verbum is est
ordinatim descriptus. In nomine Domini amen. Ad perpetuam
rei memoriam. Sublimis Regum Majestas quicquid pro suorum
commodo subditorum aut denuo decernit, aut id quod ante
fuerat concessum innovat, ne quid id ipsum dies rerum tempus
consumat, litteris, sigillis, testibusque fide dignis perhennat. Pro-
inde nos Alexander dei gratia Rex Poloniæ, magnus dux Lithua-
niæ, nec non terrarum Cracoviæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Lujaviæ
Russiæ Prussiæ ac Culmensis Elbingensis et Pomeraniæ dominus et
hæres etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit uni-
versis praesentibus et futuris harum notitiam habituris. Quomodo
constitutis in nostra et consiliariorum nostrorum tunc nobis-
cum existentium praesentia, consules oppidi nostri Drohobick,
in terra Premisliensi siti produxerunt privilegium infrascripti
eidem oppido concessum sigilli tempore incursus hos-
tium cruris Christi Turcorum in regnum nostrum casu infausto
violatum et destructum, supplicarunteque nobis humillimis
suo et totius communitatis oppidi praedicti nominibus, ut
ipsum privilegium innovare approbare ratificare et confirmare
de gratia et munificentia nostris regiis dignaremur. Cujus qui-
dem privilegii tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.
In nomine Domini amen. Ne error oblivionis gestis sub
tempore versantibus parial detrimenta regum et principum
decreverunt, contilia ea litterarum apicibus et testium annotatione
perhennare ad perpetuam rei memoriam. Nos Casimirus dei gratia
rex Poloniæ, nec non terrarum Cracoviæ Sandomiriæ Siradiæ, Lanciciæ
Lujaviæ, magnus dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ nec non Culmensis
Elbingensis Konigsbergensis et Pomeraniæ terrarum hæres et
dominus. Significamus tenore praesentium quibus expedit uni-
versis praesentibus et futuris harum notitiam habituris. Quo-
modo oblatam Majestati nostræ instantem petitionem per
providos Consules et civer Drohobicenses, fidelos nostros dilectos,

in se continentem accepimus gratis nonnullas praerogativas, donationes et jura eisdem civibus et advocato Drohobicensi in solidum et in una littera privilegiali per serenissimum genitorem nostrum charissimum Dominum Wladislaum Regem Poloniae etc. foelicis recordationis donatas et donata, concessas et concessa, specialibus litterarum nostrarum apicibus de benignitate regia transferre, praebere et concedere dignaremur, affirmantes propter absentiam et difficultatem ejusdem advocati Drohobicensis privilegialem litteram sic eis in solidum donatam eorum necessitati et utilitati minime inservire. Ideo inhaerentes et litteris privilegialibus praedicti genitoris nostri domini Regis Wladislai, cupientes dictis civitati Drohobicensi in terris Russiae sitae conditionem facere meliorem ipsam prout in suis metis et limitibus longe et late circumferebatur et distincta et ab antiquo limitata ac jure polonico ruthenico et quovis alio in jus theutonicum quod Maidburgense dicitur transferimus perpetuo duraturum revocantes ibidem omnia jura polonicalia ruthenicalia, modos, consuetudines universas, qua ejusdem jus theutonicum Madburgense praedictum contrevenerunt perturbare, eximimus insuper absolvimus et perpetue liberamus omnes et singulos cives et incolas ipsius civitatis ab omni jurisdictione et potestate omnium Regni nostri palatinorum, castellanorum, capitaneorum judicum, subjudicum et quorumvis officialium et ministerialium eorundem ut coram ipsis aut ipsorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis furti, incendii sanguinis effusione, homicidii, membrorum mutilationem et quibusvis aliis enormibus excessibus civitati minime respondebunt nec aliquas poenas tenebuntur solvere, sed tantum dictis civitatis cives et incolis ejusdem coram advocato eorum, qui pro tempore fuerit respondere tenentur, in causis autem capitalibus et criminalibus superius expressis et incolis memoratis civitatis in metis et granicebus judicandi, sententiandi, puniendi, corrigendi, decolandi, plectendi et condemnandi plenam et omnimodam habebunt facultatem, prout hoc ipsum jus theutonicum Maidburgense praedictum in omnibus suis punctis, sententiis, conditionibus, articulis et clausulis postulat et requirit. Insuper quotiescunque opus fuerit et necesse ligna excidere et putare ad instaurandas domicilia et edificia quibuslibet civibus et incolis ipsius civitatis Drohobicz unicuique pro suis utilitatibus opportunitatibus de sylvis, bortis, nemoribus gaiis nostris succidendi ducendi et deducendi plenam et liberam concedimus praesentibusque damus facultatem, ut civitas praedicta nostris suffulta munificentiis tanto prosperius et uberius specialis prerogativa favoris locari valeat atque possit. Harum quibus sigillum nostrum praesentibus est subappensum testimonio litterarum. Actum in Leopoli feria secunda post Dominicam Judica anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo, praesentibus Rdmo et Rdo in Christo patribus Domino Georgio archiepiscopo Leopoliensi et Nicolao episcopo Camenecensi, nec non magnificis et generosis Danilao de Ostrorog Calisiensi, Derslao de Rithwiany Siradiensi, Andrea Odrowatz de Sprowa Leopoliensi palatinis, Petro de Schamotuli Posnaniensi, Nicolao de Rakrow Wislicensi, Michaele Muxilo

lamonecensi castellano, Nicolao Godogórski succamerario, Georgio Stamicio vexillifero Leopoliensi, Petro Dunin de Rankowicze, curiæ regiæ Majestatis Marschalco, Nicolao Chranicowski Tribuno Cracoviensi, Joanne Strasko-shi supremo lubiculario, et aliis quam plurimis ad præmissa fide dignis. Datum per manus venerabilis et egregii Joannis de Brzezie doctoris utriusque juris, sedis apostolicæ protonotarii et ejusdem sacri palatii causarum auditoris archidiaconi Gnesnensis et regni Poloniæ vicecancellarii. Zuibus quidem supplicationibus tanquam justis benigne annuentes privilegium prædictum inserendum, ratum et gratum habentes, innovandum, approbandum, ratificandum et confirmandum in omnibus ejus punctis conditionibus et articulis de certa scientia nostra et consiliariorum nostrorum consensu duximus, innovamusque, approbamus, ratificamus præsentibus, decernentes ipsum robur perpetuæ firmitatis valere in evum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est subappensum. Actum in conventione generali Lublinensi feria quinta proxima ante festum sancti Valentini. Anno domini Millesimo quingentesimo sexto, regni nostri quinto, præsentibus Rdmis et Rdis in Christo patribus dominis Andrea Gnesnensi et primate, Bernardino Leopoliensi archiepiscopo, Joanne Cracoviensi, Vincentio Vladislaviensi, Joanne Pomaniensi, Erasmo Plocensi, Mathia Premisliensi et Regni nostri vicecancellario, episcopis, ac Nicolao de Koszyczicze electo Chelmensium ecclesiarum, necnon magnificis venerabilibus et generosis Spitkone de Jarosław castellano, Joanne de Tharnow, palatino Cracoviensi Andrea de Schamotuli Posnaniensi, Nicolao de Lanczicze Sandomiriensi Nicolao Gardina de Ludbranez Calissiens., Jaroslao de Lasko Lancicensi Joanne de Tharnow Russiæ, Prandotha de Strzciana Ravensi, Stanislao Kanska de Wisnicze Bersensi, Paulo Cola de Dalejow Podoliæ palatinis, otka de Chodecz Leopoliensi, Petro de Miemeglowi Ravensi, Mathia Bal de Nowodanicze Sanocensi, Stanislao Kuropatwa de Laczuchow Chelmensi, Joanne Stupecki de Lonari Sandomiriensi, Jacobo de Sieczluka Vinicensi, Petro Skafranicz de Pieskowa Skala Visliciensi, Joanne Jordan de Zaklicien Biecensi, Stanislao de Mlodzieiowicze Radomiensi, Martino Skotnicki de Boguria Kamichostensi, Andrea de Radrieiowicze Sochacowiensi, Hieronimo de Cobilanii Rosperiensi, Mathia de Gostin Srzeniensi et Paulo de Chodza Plancznensi castellanis, Stanislao de Chodecz marschalco, Joanne de Lasko cancellario et Jacobo de Schidlowicz thesaurario regni nostri, Joanne Latalski Præposito Gnesnensi, Alberto Gorski scolastico Vladislaviensi ecclesiarum et Jacobo de Buraez, secretariis nostris, Nicolao Fierlej de Dambrowica Lancicensi, Derslao Viterek de Lubienie Leopoliensi et Stanislao de Lasanowice Lublinensi succamerariis, Stanislao Jarocki Marschalco, Stanislao Skafranicz de Pieskowa Skala succamerario curiæ nostræ, cæterisque consiliariis et curiensibus fidelibus ad præmissa fide dignis sinceræ et fidelibus nostris dilectis. Datum per manus ejusdem Rdi in Christo patris domini Mathiæ episcopi Premisliensis et regni nostri vicecancellarii sinceræ nobis dilecti. Mathias P. episcopus et vicecancellarius subscripsit. In nomine domini amen. Ad rei memoriam scripturam. Peculiare est principibus si ingenuam quidquam munificentiæ et liberalitatis in subditos suos effuderint memoriam eorum, ne temporum longinquitate abolcantur, litterarum monimentis apud posteros relinquere. Proinde nos Sigismundus dei gratia Rex

Poloniæ magnus dux Lithuaniæ, necnon terrarum Cracoviæ Sandomiriæ Siradiæ Lanciciæ Cujaviæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Culmensis Elbingensis Pomeraniæque dominus et hæres. Manifestum facimus tenore præsentium quorum interest universis et singulis præsentibus et futuris præsentium notitiam habituris. Quamvis annis superioribus civibus nostris Drohobicensibus ad reficiendos et instaurandos pontes aggeresque et alia loca aquarum alluvione inundata circumquaque oppidum nostrum Drohobicz existens. Utque hoc ipsum oppidum nostrum commodius munire possint theloneum pontale a singulo curru mercibus onusto, medium grossum et a quolibet lignorum curru unum lignum ad usum ejusdem pontis reparandi exigentes, nec non tabernam unam propinandi et vendendi vinum sublimatum, et ex quocunque genere lignorum distillandum ad beneplacitum nostrum regium dederamus et concesseramus. Tamen quia intelleximus ex generoso Alberto Starzechowski succamerario Leopolensi loco illius capitaneo, hic apud nos parente, tum ex ipsis civibus nostris pontes, aggeres, et alia loca prædicta perpetua et assidua restauratione indigere, quare præmemorati cives nos de hac re per nonnullos consiliarios nostros humillimis precibus hic postularunt illorum in hoc benignam rationem habere, eorque liberalitate nostra et munificentia Regia prosequi dignaremur, ut ad reparandos, reficiendosque ejusmodi pontes, aggeres et loca prædicta aquarum alluvione muniendi, omnemque [illegible] præsentes et posthac posteri eorum cives Drohobicenses hac nostra in se gratia perspecta operam ad id navare contendant. Itaque eisdem ipsis civibus nostris Drohobicensibus præsentibus et futuris theloneum hujusmodi pontale, ac tabernam prædictam vini sublimati, de certa nostra scientia et gratia speciali donno dandum, donandum et concedendum duximus, damusque donamus et concedimus præsentibus perpetue et in ævum, per eosdem cives sive consules Drohobicenses præsentes et futuros, theloneum prædictum pontale, ab omnibus singulis curribus mercatorum et vectorum mercibus onustis, per præfatum pontem Drohobicensem in quamcunque partem ituris, medium grossum, nec non de unoquoque curru lignis onerato unum lignum, et quocunque ex ipsa taberna proventus ac census vini distillati haberi et excogitari poterint tollendum exigendum, levandum ac percipiendum, et in munitionem ipsius ecclesiæ polissimum, quam ibidem vice castri munire coctoque latere menia et turres successive erigere, ac exstruere, et sumptuose providere erunt obligati, ac ipsorum pontium, aggerum, locorumque prædictorum aquis inundatorum restaurationem ita ut omnibus illuc transeuntibus commodus ac securus semper pateat transitus conservandum idque cum scientia capitanei nostri præfati præsentis et pro tempore existentis circa eundem, et non ad alium usum pontale theloneum et proventum ex taberna prædicta convertere teneabuntur, tenore præsentium mediante in sempiternum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Actum et datum Cracoviæ feria quinta ante festum sanctæ Mariæ Magdalenæ proxima. Anno domini Millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, regni nostri anno trigesimo sexto. Præsentibus Rdmo et Rdo in Christo patribus dominis Petro archiepiscopo Gnesnensi et episcopo Cracoviensi legato nato et regni nostri primate, Samuele

Mariejowski Plocensi et regni nostri vicecancellario, Nicolao Dei gratia Chedmensi episcopis, nec non magnificis venerabilibus et generosis Petro Amita Cracoviensi, regni nostri marschalco Cracoviensi, Premisliensi Leopoliensique capitaneo, Stanislao Odrowasch Podoliae palatinis, Nicolao Wolski Sandomiriensi, serenissimae conjugis nostrae domino Bona regina curiae magistro, Sinnensi, Virnensi, Cancellariensi, Sanocensique capitaneo, Spithone a Tarnow, Radomiensi, regni nostri thesaurario, Siradiensi, Skrzepiensi et Krzczonoviensi capitaneo, Bernardo Maciejowski Lublinensi, Severino Boner Biecensi, burgrabio puppario et magno procuratore Cracoviensi, Biecensi Osviacimensi, et Zatorensi capitaneo castellanis Jacobo Mikanski Cracoviensi referendario Joanne Bielinski Varschoviensi canonicis, secretariis nostris Joanne Charlo inscriptore, Thoma Sobocki porcilatore mensae nostrae et aliis quam pluribus dignitariis officialibus et aulicis nostris sincere nobis et fidelibus dilectis, testibus circa praemissa fide dignis. Datum per manus magnifici Pauli de Vola regni nostri cancellarii, burgrabii Cracoviensis, et capitanei Costinensis sincere nobis dilecti. Datum per manus praefati magnifici Pauli de Vola regni Poloniae cancellarii, burgrabii Cracoviensis et capitanei Costinensis. Paulus de Vola Regni Pol. cancellarius scribsi.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Solent reges et principes quorum memoriam volunt esse diuturnam ea monumentis litterarum commendare. Proinde nos Sigismundus Dei gratia rex Poloniae supremus dux Lithuaniae, nec non terrarum Cracoviae Sandomiriae Siradiae Lanciciae Cujaviae Russiae Prussiae Masoviae Culmensis Elbingensis Pomeraniaeque etc dominus et haeres. Planum fore tenore praesentium facimus universis et singulis praesentibus et futuris. Quod cum oppidani nostri Drohobiczenses nuper ad nos nuntios nobis exposuissent, quam difficilis sit illis in oppido ipsorum Drohobiczensi aquatio, supplicaverint nobis, ut potestatem illis aquam subterraneo meatu in oppidum ipsorum Drohobiczense adducendi sumptu illorum, ac aquaeductus exstruendi facere, et ab eo ipso aquaeductu censum ac pensionem certam, quae in usum ipsius oppidi redat constituere dignaremur. Nos vero animadvertentes eam rem magno usui ipsis oppidanis futuram, precibus eorum annuentes ipsis eam aquam ita ut volunt ducere ac aquaeductum in quocunque loco voluerint construere consensimus et permisimus praesentibusque consentimus et permittimus. Quam quidem aquam quoniam ducere, et aquaeductum exstruere, sine magno impendio oppidani nostri Drohobiczenses non possunt, commodum autem ex eo ad omnes eos ex aequo pertinebit constituendum et ordinandum duximus ita ut constituimus et ordinamus praesentibus litteris nostris, ut singuli oppidani Drohobiczenses, qui cerevisiam coquere voluerint a singulis coctoris ipsius cerevisiae in praetorium Drohobiczense grossos quatuor, alii vero oppidani qui domos habent ex singulis domibus tres grossos, inquilini autem, qui cameris conductis habitant, unum grossum singulis quartalibus pendere ac numerare teneantur. Ea lege ut aqua in domos et braxatoria singulorum deriventur. Quod si quis domum habens aquam in domum suam derivari voluerit, sed ad publicum aquaeductum aquatum ire voluerit, is non plus quam unum grossum singulis quartalibus dare tenebitur. Cum autem aquaeductum et canalia,

74 quibus aqua in singulas domos et brazatoria derivabitur una cum
sola pensione hac per nos instituta nihil pro nobis et successoribus
nostris reservando, prefato oppido nostro Drohobiczensi adscribimus, ac
aliis proventibus ejus communibus civibus adjungimus et incorpora-
mus per ipsos ejus consules et cives modernos et pro tempore existen-
tes nostros Drohobiczenses, eam omni jure dominio et proprietate te-
nendum habendum, utifruendum, quietegue et pacifice possidendum
et ad utilitatem, et commodum reipublicæ illius oppidi convertendum
prout ejus ipsis ipsis consulibus et civibus melius et utilius visum
fuerit expedire, cujus quidem aquæductus et canalium proconsul et
consules moderni et pro tempore existentes ejusdem oppidi nostri
Drohobiczensis administrandi reficiendi et instaurandi, ac proventum
supra per nos constitutum colligendi, eumque cum scientia ejusdem
oppidi communitatis juxta exigentiam illius necessitatis dispensandi
præcipuam curam et potestatem habebunt perpetuis temporibus
et in avum. Harum testimonio litterarum quibus sigillum nostrum
est subappensum. Datum Cracoviæ die dominico postridie festi
sanctæ Uxoris virginis Anno Domini Millesimo quingentesimo
quadragesimo quarto, Regni vero nostri anno trigesimo octavo.
Præsentibus Rd^im et Rd^is in Christo patribus dominis Petro archiepi-
scopo Gnesnensi et episcopo Cracoviensi legato nato et primate,
Samuele Maciejowski Plocensi et regni nostri vicecancellario,
Andrea Zebrzidowski Camenecensi episcopo, necnon magnificis
generosis et venerabilibus Petro Kmita comite in Wiśnicze, pa-
latino et capitaneo Cracoviensi regni magno marschalco, ac
Sexepuriensi Premisliensi Colensisque capitaneo, Nicolao de Wola
Sandomiriensi serenissimæ dominæ reginæ Bonæ conjugis nostræ
charissimæ curiæ magistro ac Sanocensi Lanckoruncensi Lomzensi
Visnensique capitaneo, Petro de Opalenica Gnesnensi et serenissimi
domini Sigismundi Augusti et filii nostri charissimi curiæ ma-
gistro, ac Olstinensi, Costensi Czechinoque usque capitaneo, Spitkone de
Tarnow Wojniczensi et regni nostri thesaurario ac Siradiensi,
Kropiczensi, Brzezniczensi Krzeszowiczensique capitaneo, Severino
Bonet de Balicze Biecensium perpetuum burgrabio et magno
procuratore Cracoviensi, ac Brzeznicensi Lithoriensi Oswiecimensi
Raptinensique capitaneo castellanis Stanislao Borek decano,
et Gnesnensi cantore, custode Sandomiriensi, canonico Posnaniensi,
Andrea Cratzkowski scholastico et Posnaniensi canonico, Stanislao
Wolski custode et Skarbimiriensi præposito, Benedicto Izdbieński
cantore et vicario in spiritualibus generali Stanislao Preborowski
juris utriusque doctore et canonico, Stanislao Hosio juris utriusque
doctore et canonico Cracoviensibus et secretariis nostris, Joanne
Ocieski succamerario terrestri Cracoviensi, Valentino Dembieńskí
referendario curiæ nostræ, Nicolao Michowski dapifero Cra-
coviensi, Augustino Kothwicz vexilliffero curiæ nostræ et stabuli
nostri præfecto, Hieronymo Laschkowski aquilifero nostro magistro
et aliis pluribus dignitariis et officialibus nostris testibus fide
dignis. Datum per manus præfati Andreæ in Christo patris domi

ri Samuelis Maciejowski episcopi Plocensis Regni nostri vicecancellarii sincere nobis dilecti. Pl̃is Rudi ejusdem in Christo patris Domini Samuelis Maciejowski episcopi Plocensis et Regni nostri vicecancellarii Samuel episcopus Plocensis et vicecancellarius scilicet.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ magnus dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Mazoviæ Samogitiæ etc. dominus et hæres significamus præsentibus litteris nostris quorum interest universis et singulis. Exhibitas esse coram nobis per certos consiliarios nostros nomine fatalorum, capitaneorum nostrorum Drohobicensium, litterasque pargamenæas tribulo ~~certorum dahebere~~ et sigillo serenissimi olim principis domini Sigismundi regis Pol. parentis nostri desideratissimi munitas, sanas illasæ si quidem et integras, nullaque suspitionis nota obnoxias, supplicarique nobis fuisse, ut easdem et illarum omnia contenta, in omnibus punctis clausulis et articulis, authoritate nostra regia innovare, approbare ratificare et confirmare dignaremur. Quarum tenor est talis: In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Dei gratia rex Pol. m. d. d. nec non terrarum Prus. Sand. Sir. Lanc. Cuj. Pus. Pom. Mas. Culmensis, Elbingensis Pomeraniæ etc. dominus et hæres. Manifestum fieri volumus per præsentes universis et singulis, harum notitiam habituris. Quia cum generosus Albertus Starzechowski, castellanus Camenecensis Drohobiczensisque capitaneus fidelis dilectus. hic in præsentibus comitiis nobiscum existens nobis declarasset, quos cives nostri Drohobiczenses omni studio atque diligentia conarentur, ecclesiam parochialem, seu locum, ubi antea arx erat, muro atque aliis propugnaculis cingere et ornare, ut istic cingente aliqua subita hostium incursione, et quapiam alia necessitate homines vicini aliquod intuitu profugium habere queant. Sed cum adeo tenuis fortuna esset, quod non solum id operis perficere verum etiam pontes inter Casas, quæ vulgo Wieze dicuntur in quibus sal coquitur sitos, sine præsidio et gratia nostra speciali reparare nequaquam possunt. Ideo humillimis precibus per nonnullos consiliarios nostros nobis supplicarunt, ut in subsidium tam perficiendæ dictæ munitionis, jam per eos cœptæ, quam etiam reparandorum ipsorum pontium a singulo curru salis quartali alias putmiarticum civili emonsurati, quod istic in Casis, vulgo appellant Wieze, in quibus sal coctum conficitur servari consuevit, unum modiolum, in cujus perceptione et usu ex veteri consuetudine, ut ex eodem ~~capitaneus~~ nostro intelleximus, cives præfati hactenus extiterant, eis perpetuo donare dignaremur. Nos itaque tam ipsorum civium Drohobiczensium, quam consiliariorum nostrorum supplicationi non gravatim annuimus, volentes eosdem tum ad muniendam ipsam ecclesiam, tum ad ipsorum pontium restauracionem, alacriores et constantiores reddere ipsis, de nostra celsitudinis clemencia ac liberalitate regia præfatum modiolum, ab omnibus singulis curribus salis quartali, ut præmissum est, ipsorum civili monsurali, certorum et cujuscunque status hominum tam ex magno ducatu Lithuaniæ, quam aliunde pro sale coctio venientium dedimus et donavimus damusque et donamus tenore præsentium mediante perpetuo et in avum. Proinde

vives praedicti Drohobicenses, praesentes et futuri, deinceps perpetuis temporibus futuris, mobientem ab omnibus et singulis mensuris praemissum sal curribus vectorum pro emendo sale istic undecunque veniente libere et sine cujusvis impedimento atque conditione solvent ac percipient. Verum tamen vives praedicti munitionem illam ecclesiae praedictae per eos recepta debite perficere, atque pontes inter Garas praedictas consistentes commode reparare debent. Quod tamen rerum scientia et consilio ipsius capitanei praesentis, et pro tempore existentis facere teneantur. Quasquidem munitiones pixidibus et pulvere pixidario, et aliis defendiculis provisuri sunt, et pixidarium sumptu suo quoque servare eruat astricti, nempe quod necessitate intervenient se illic homines tutari et postes inde tanto commodius reprimere valeant et possint in sempiternum, praesentium per tenorem. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Actum Cracoviae in conventione feria quinta proxima ante dominicam Judica. Anno domini Millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, regni nostri tricesimo septimo. Praesentibus Rdis et Rdis in Christo patribus Dominis Petro Ganerath archiepiscopo Gnesnensi legato nato et regni nostri primate, nec non episcopo Cracoviensi, Petro Tarnowski, archiepiscopo Leopoliensi, Nicolao Dzierzgowski Chelmensi et nominato Wladislaviensi, Sebastiano Branicki Posnaniensi, Samuele Maciejowski Plocensi et regni nostri vicecancellario, Stanislao Tarlo Premisliensi, Joanne Dziaduski Camenecensi et nominato Chelmensi episcopis, nec non magnificis et generosis Joanne comite à Tarnow castellano Cracoviensi exercituum regni nostri et Sandomiriensis Siradiensis Lubacroviensisque capitaneo, Petro Kmita de Wiszniesc palatino et capitaneo Cracoviensi regni nostri marschalco, Sepusiensi Premisliensi Lublinensique capitaneo, Janussio Latalski Posnaniensi et Inowladislaviensique capitaneo, Joanne a Tenczin Sandomiriensi aulae nostrae Marsalco Lublinensi Lelowiensi capitaneo, Petro de Szczekocin Calissiensi Dobroviensique capitaneo, Joanne de Koscielec Sanocensi Bidgostensi Stuhoviensi Inowlocensi Nakelensique capitaneo, palatinis Andrea de Gorka Posnaniensi et majoris Poloniae generali capitaneo, Nicolao Wolski Sandomiriensi, serenissimae domina Bona regina, conjugis nostrae amantissimae curiae magistro, Lomzensi, Vitrensi, Sanocensi Sanctomiriensisque capitaneo, Spitkone a Tarnow Vojnicensi regni nostri thesaurario Mirogiccensi Siradiensique capitaneo, Severino Boner Pathoriensi, Radstinensique capitaneo, castellanis Joanne Tarlo inciensi, Thoma Sobocki pocillatore, Joanne Dobrzkowski, succamerario Plocensi, dapifero meoque nostro, et aliam quam pluriorum dignitatum, officialibus et aulicis nostris sincere fidelibus nostris dilectis, circa praemissa fidelibus fide dignis. Datum per manus magnifici Pauli a Vola castellani Radomiensis regni nostri cancellarii, purgravii Cracoviensis et capitanei Gostinensis sincere nobis dilecti, Paulus de Vola, Castellanus Radomiensis ac Regni Pol. cancellarius scilicet. Rdi ejusdem magnifici Pauli a Wola castellani Radomiensis, Regni Pol. cancellarii, burgravii Cracoviensis et capitanei Gostinensis. Cumque vigore constitutionum regni hoc idem privilegium, cognitioni ac judicio nostro, omnimque regni ordinum juste ac legitime emanatum esset subiecteretur. Nos animadvertentes hoc privilegium juste et legitime emanatum esse,

quod nedum non est eum detrimento Reipublicæ conjunctum sed
quamplurimum plurimum commodi, eidem et ornamenti eorum affore videatur
praesentis conventus authoritate de consensu et consilio consiliariorum
nostrorum, ad petitionemque nuntiorum terrestrium hoc praesens
privilegium in omnibus ejus punctis, articulis clausulis et conditionibus
ratificandum, approbandum et confirmandum duximus, decernentes et de-
clarantes praesentibus litteris nostris hoc idem privilegium, ut juste
et legitime emanatum ac executioni non subjectum robur debitæ
et perpetuæ firmitatis in omni vim decreti nostri, ut de jure est
habiturum. In cujus rei fidem sigillum nostrum praesentibus est
subimpressum. Datum Lublini in conventu generali regni die quator-
decima Martii Anno Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo
nono, regni nostri quadragesimo anno. Valentinus Dembiczski Regni
Poloniæ cancellarius scilicet. Sigismundus Augustus dei
gratia Rex Poloniæ magnus dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ, Samo-
gitiæ etc dominus et haeres. Notum testatumque facimus universis et sin-
gulis quorum interest. Exhibitas esse coram nobis litteras in pergameno scrip-
tas tibulo et sigillo appenso, serenissimi olim divæ memoriæ Casimiri Regis
Poloniæ avi nostri desideratissimi communitas, salvas, omnique suspitionis
nota carentes. Supplicatumque est nobis nomine quorundam consiliariorum
nostrorum, ut eas omniaque in eis contenta approbare, ratificare, innovare
et confirmare dignaremur. Quarumquidem litterarum tenor ad verbum
sequitur iste: Casimirus dei gratia Rex Poloniæ, magnus dux Lithuaniæ,
Russiæ Prussiæ dominus et haeres etc. Significamus tenore praesentium
quibus expedit universis. Quomodo pensatis, et in animo nostro revolutis
servitiorum praestantiis, et probitatum assiduis meritis, providorum con-
sulum et oppidanorum, totiusque communitatis oppidi nostri Drohobicz,
nostrorum fidelium, dilectorum, quibus se nostræ gratæ exhibuerunt,
et acceptos Majestati, quorum praetextu volentes eosdem gratiæ nostræ
prosequi favoribus, eorundemque conditionem facere meliorem. Ipsis et
eorum cuilibet de nostra munificentia liberalitate usum lignorum et
roborum cujuslibet generis de borris, sylvis et nemoribus ad oppidum
nostrum dictum Schambor diu pertinentibus, pro aedificatione domorum,
ac structura emendaque ac restauratione eorundem, nec non pro igne
et foco ipsorum domorum necessaria sive opportuna extidendum et
conducendum dedimus, donavimus, contulimusque, ac damus, donamus
conferimus et largimur praesentium tenore mediante. Pro quo tibi
generoso Joanni Odrowasch de Sprowa capitaneo Sendomiriensi et capitaneo
Samboriensi nostro fideli dilecto, communimus eidem, mandantes et omnino
habere volentes, quatenus se hujusmodi nostræ donationi conformans, eos-
dem nostros cives et oppidanos, ac eorundem communitatem et suburbanos
Drohobicenses ad liberam et benevolam extitionem, et conductionem ro-
borum et lignorum, sicut praemittitur, pro aedificatione et restauratio-
ne domorum ipsorum ac necessitate ignis et focus de praenominatis
sylvis, et borris universis, ad praefatum oppidum nostrum Sambor
spectantibus, juxta morem, formam et continentiam aliarum nostrarum
litterarum ipsis desuper superiori tempore concessarum admittas,

78. et admittere debeat, ac eosdem in excisione et conductione ipsorum roborum et lignorum, nulla turbare inquietare et molestare ausuros sub ratione gratiæ nostræ subobtentualiter non facturus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum in Leopoli feria quarta ante dominicam lætare etc. Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono. Relatio venerabilis Alberti de Kicklin Regni Poloniæ vicecancellarii. Nos itaque Sigismundus Augustus rex præmemoratus supplicationi præfatæ benigne annuentes, litterasque præinsertas ratas et gratas habentes eas cum omnibus in eisdem contentis punctis clausulis articulis et conditionibus, authoritate nostra præsentibus literis, approbamus, ratificamus innovamus et confirmamus, decernentes eadem omniaque in eis contenta. Fuatenus tamen cives et oppidani ac suburbani, cæterique incolæ civitatis nostræ Drohobicensis in usufructu et possessione pacifica earum hactenus fuerunt, robur debitæ et perpetuæ firmitatis obtinere debere. In cujus rei fidem et testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum in conventu regni nostri generali Petricoviensi feria secunda post dominicam Invocavit proxima. Anno domini Millesimo quingentesimo sexagesimo tertio Regni nostri trigesimo quarto. Relatio magnifici Joannis de Ocziesio Regni nostri cancellarii, Cracoviensis generalis, Kathoriensis Osviecimensis ducatuum, Samboriensis, Ololiensis capitanei. Joannes Ocziesky Regni Poloniæ cancellarius scilicet.-

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ, magnus dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæque etc dominus et hæres. Significamus tenore præsentium quorum interest universis et singulis. Exhibita esse nobis in præsenti conventu regni generali Lublinensi duo privilegia nomine nostræ civitatis Drohobicensis per ~~dominum~~ olim principem dominum Sigismundum Regem Poloniæ parentem nostrum desideratissimum, eidem civitati nostræ concessa, quorum primum in se continebat concessionem perpetuam exactionis Theloneariæ a quolibet mercibus onusto curru medii grossi, seu denariorum novem, item a quolibet curru ligni vel cado ligni unius, nec non donationem habendi uniusque cum censibus ex ea percipiendi, propinandi cremandique vini sublimati, et quocunque genere lignorum distillandi gratia de data Cracoviæ anni millesimi quingentesimi quadragesimi ~~quarti~~ secundi dacta. Altero vero ibidem de dato anni millesimi quingentesimi quadragesimi quarti facultas eisdem civibus data est transgressores ejusmodi theloneorum detinendi arrestandi, et a quolibet curru juste debendo, grossos duodecim exigendi, et in usum præfatæ civitatis convertendi videlicet in reparationem viarum, pontium, aggerumque ubicunque inundatorum. In munitionem prædictæ ecclesiæ, quæ ibi loco castri habetur, erectionem quoque mœnium ac turrium ex lapide latere prout ea et alia omnia latius in dictis privilegiis continentur. Cumque vigore constitutionum Regni hæc eadem privilegia et literæ cognitioni ac judicio nostro et omnium Regni ordinum justum et legitime emanata essent subiicerentur. Nos animadvertentes eadem privilegia juste et legitime emanata esse, quæ reducta non sunt cum detrimento Reipublicæ conjuncta, sed quamplurimum commodi eidem et ornamenti secum afferre videntur, præsentis conventus authoritate de consensu et consilio consiliariorum nostrorum

ac ad petitionem mentionatorum Serenissimum eadem privilegia praemencionata
in omnibus eorum punctis, clausulis articulis et conditionibus inviolata et firma
conservanda, manutenenda, ratificanda, approbanda et confirmanda duximus
prout conservamus, manutenemus, ratificamus, approbamus et confirmamus
presentibus litteris nostris, decernentes et declarantes praesentibus litteris
nostris eadem privilegia ut juste et legitime emanata ac executioni non
subjecta, robur debitae et perpetuae firmitatis, in vim decreti nostri, ut de
jure est habitura. Et quoniam nationes praedictae civitatis nostrae et repa-
randae illius publicae stratae auctionem praedicti Scholnei desiderare videntur
gratiam nostram regiam erga eosdem cives Drohobicenses declarare, volentes
atque eosdem in faciendo ejusmodi sumptu deinceps sublevare, et itinera
mercatoribus, vectoribusque expeditiora reddere cupientes, cum etiam ea
ipsa itinera inundationibus, ac frequenti attritione a rebus praetervehen-
tibus reddantur deteriora, ac proinde majores sumptus in reparationem eor.
exponent, de certa scientia et speciali gratia nostra, atque consensu co mi-
tiariorum nostrorum nobiscum in hac praesenti conventione regni gene-
rali congregatorum eam exactionem Scholnei ipsis augendam duximus
prout et augemus praesentibus. Ita quod jam a modo, et sic deinceps
futuris perpetuisque temporibus, memorati cives nostri Drohobicenses
moderni, et pro tempore existentes, vigore praesentium litterarum
nostrarum, ultra eam exactionem praenominatam medii grossi, seu
denariorum novem a singulis curribus mercibus onerato percipien-
dam. Etiam a singulis equis, equabus, bobus, juvencis, agnis seu mutu-
onibus et porcis, unum Sexagium seu tres denarios Scholnei pontalis
seu aggeralis nomine exigant et percipiant, ea tamen conditione, ut ex
omne perceptum sub ratione ius, quorum id interesset, nominatim rapi-
danco nostro Drohobicensi moderno et pro tempore existenti, ab iisdem
reddenda in munitionem ejusdem praefatae ecclesiae, moenium etiam
et propugnaculorum, ex certo latere instaurationem, reparationem,
denique earum viarum sufficientem adeo, ut per easdem iter agentes
nihil inconmodi sentiant convertatur et impendatur. Harum quibus
sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum in
conventione regni generali Lublinensi, ultima die mensis Julii Anno
domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Regni vero nostri
Vigesimo septimo. Relatio Rndi Petri Miskowski Regni Poloniae vice-
cancellarii, decani Cracoviensis, Gnesnensis, Plocensis, Lancicensis Prae-
positi, Petrus Miskowski Regni Poloniae vicecancellarius scribsit.
Nos itaque Stephanus Rex praenominatus supplicationi praefatae
benigne annuentes litteras praeinsertas in omnibus earum articulis
et conditionibus quatenus eorum praedicti cives in usu fuerunt
non suntque juri communi contraria confirmamus praesentibus litteris
nostris, decernentes eas et omnia in eis contenta, quantum de jure est
robur debitae firmitatis obtinere debere, nihilominus tamen ad dili-
gentem supplicationem eorundem consiliariorum, quandoquidem et ra-
tiones praedictae civitatis nostrae, ac reparandae illius publicae
stratae auctionem majorem praedicti Scholnei desiderare videntur
gratiam quoque nostram regiam erga eosdem cives declarare volentes
atque itinera mercatoribus omnibusque hominibus expeditiora reddere

80. cupienter exactionem theloneï, quæ litteris suprainsertis duobus tantum solidis, circumscripta est, uno solido hoc est sex denariis augenda duximus, prout quidem ex gratia nostra regia augemus praesentibus, ea tamen omnia concedimus illis citra derogationem jurium et libertatum publicarum, et sine incommodo nostro et Reipublicæ Regni nostri, quæ omnia integra et salva semper esse volumus. Ratione cujus exactionis theloneï ea omnia praestare tenebuntur, quæ litteris suprainsertis et per nos confirmatis circumscripserunt. Harum quas manu nostra subscripsimus et sigillo muniri mandavimus. Datum Warschoviæ in conventu Regni generali die ultima mensis Januarii Anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo octavo, regni nostri anno secundo.

Stephanus Rex. —

Confirmatio jurium et privilegiorum ab antecessoribus regis Poloniæ Stephani oppido Drohobicensi datorum, per eundem regem Varsaviæ die ultima Januarii 1578.

49

LVII. Michael dei gratia Rex Poloniæ, magnus dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenciæ Severiæ, Czerniechoviæque. — Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis et singulis. Reproductas coram nobis esse litteras pargamenas, manu Serenissimi olim Sigismundi III Praedecessoris nostri subscriptas, et sigillo Regni in pixide pensili cerea communitas, privilegium mundinarum et fori, civitati veteris Sandecziæ per serenissimos olim antecessores nostros benigne concessarum in se continentes, sanas salvas et illæsas omnibusque suspitionis carentes. Supplicatumque nobis est, praefatæ civitatis nomine, quatenus eadem litteras infrascriptas, in omnibus punctis, clausulis articulis et conditionibus approbare, confirmare et ratificare dignaremur. Quarum quidem litterarum contextus est is qui sequitur: Sigismundus III dei gratia Rex Poloniæ, magnus dux Lithuaniæ, Russiæ Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ etc. nec non Suecorum, Gothorum, Vandalorumque hæreditarius rex. Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis et singulis, nobis ex officii nostri regii ratione a nobis maxime expositum, ut inter alia Reipublicæ regni hujus commoda, illius quoque rei non postremam curam habeamus, quo civitates et oppida totius regni, in bono et recto ordine permaneant, eoque magis celebriores efficiantur, unde reipublicæ commoda et emolumenta augeri, ac privatorum quoque ædificia in excellentioribus quibusvis mercaturis et artificiis, ad omnem vitæ honestæ degendæ rationem fractandæ, noverimus Reipublicæ commodo, quam et privatorum cujusque facultatum incremento excolli possit, Quamobrem cum exhibitæ essent nobis litteræ pargamenæ, quibus divi olim praedecessores nostri Poloniæ reges, Sigismundus quidem primus, avus noster desideratissimus, Veteri Sandecziæ civitati, hæreditariæ religiosarum ac deodicatarum virginum monasterii ordinis sanctæ Clarae in ea ipsa civitate consistentis, nundinas seu fora annua duo,

Stephanus vero tertium et unum septimanalem ceteris diebus ac locum
poribus celebranda attribuerunt et elargiti sunt. Supplicatum nobis nomine
ejusdem civitatis Veteris Sandecziz, ut quandoquidem certas ob causas ip-
sius celebrandarum mundinarum libertatis ac prerogativa in usu hacte-
nus usque non fuerit, neque quidquam ex iis ad effectum perductum sit,
eandem illi immunitatem ac prerogativam de novo ex benignitate
nostra regia clementer conferre et concedi dignaremur. Nos ut omnia
Majorum nostrorum laudabilia exempla imitanda nobis proponimus,
ita commoda civium promovere, gratiamque ac beneficentiam nostram
ipsis testari cupientes, in praesentia itaque dicte civitati Veteri San-
decziz, quo ad meliorem formam et conditionem deveniat, majoraque inde
capiat incrementa deferendum atque de novo dandum et concedendum
putavimus. In ea itaque civitate Veteri Sandecensi nundinas seu fora
annua tria, primum quidem pro festo sanctissimae et individuae Trini-
tatis, alterum pro festo nativitatis beatissimae virginis Mariae, tertium
vero pro festo sanctae Elisabethae, et septimanale forum seu mercata-
ram, singulis septimanis, feriis secundis diebus videlicet lunae perpe-
tuis temporibus celebrandum instituimus ac indicimus. Pro quibus
quidem nundinis et foro septimanali, ut omnes et singuli mercatores
alique cujuscunque status, sexus, conditionis et nationis homines illi
fuerint, ad eam ipsam civitatem temporibus constitutis, causa emen-
di, vendendi, res pro rebus, merces pro mercibus permutandi, pecora
omnis generis pecudesque unum adducendi atque alia quavis licita
negotiationum genera exercendi convenire possint et valeant plenam atque
omnimodam praedictae civitati Veteri Sandecensi damus potestatem, modo id sine
detrimento ac praejudicio vicinarum civitatum et oppidorum circum qua-
que existentium fiat. Omnes autem ad nundinas superius nominatas et
forum septimanale homines venientes, tam in eundo, quam in redeundo
nostra et serenissimorum successorum nostrorum securitate patro-
cinio et libertate perfruentes; nisi tales fuerint, quos jura et leges publicae
regni hujus fovere non permittunt, et quibus proborum hominum consortia
et conventus merito denegari debet. In cujus rei fidem praesentes manu
nostra subscripsimus et sigillo regni nostri consignari mandavimus. Datum
Cracoviae die vigesima nona mensis Julii anno domini millesimo sexcen-
tesimo secundo, regnorum vero nostrorum Poloniae decimo quinto, Sueciae anno
nono. Sigismundus rex. Locus sigilli in pixide rotea pendili. Christophorus H.
manuprop. subscripsit. Nos itaque Michael rex supplicationi praefatae benigne
annuentes legibusque regni inhaerentes, praeinsertas libertates in omnibus pun-
ctis, clausulis, articulis et conditionibus approbandas et confirmandas esse duximus,
prout quidem approbamus et confirmamus. Ac ut eadem civitas Sandecensis
majorem et ampliorem nostram experiatur et agnoscat gratiam, rebusque suis, cala-
mitatibus anteactorum temporum attritis commodius prospicere possit, ultra
nundinas et forum superius expressas tres nundinas, videlicet unas pro festo sanctae
rum trium regum, alteras vero pro festo sancti Stanislai et assumptionis beatis-
simae virginis Mariae, cum omnibus libertatibus immunitatibus et praerogativis, in
jure descriptis citra tamen praejudicium vicinarum civitatum adjiciendas et conce-
dendas esse censuimus, ut quidem supplicationi ipsius inclinati, adjicimus

82. et concedimus perpetuo et in aevum praesentibus litteris nostris
decernentes eandem vim et robur perpetuo et inviolabilis firmitatis
obtinere debere. In cujus rei fidem praesentes manu nostre subscrip-
tas, sigillo regni jussimus communiri. Datum Varsaviae die XVII.
Mensis Junii anno domini millesimo sexcentesimo septuagesimo
primo, regni vero nostri secundo. Michael rex.

Confirmatio nundinarum civitati veteri Sandecziae servien. 1671.

LVII. Innocentius pp. XIII Universis Christi fidelibus 50 praesentes litteras
inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Ad augendam fidelium re-
ligionem et animarum salutem, coelestibus ecclesiae thesaurus pia charitate
intenti: omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, qui septem altaria quae-
nunc sita sunt in ecclesia sub titulo Assumptionis Beatae Mariae Virgi-
nis Immaculatae fratrum ordinis Minorum sancti Francisci conventualium
nuncupata, loci Crosnensis Premisliensis dioecesis per ordinarium desig-
nandum duodecim vicibus pro quolibet anno per eundem ordinarium
specificandis devote visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum
concordia, haereticum extirpatione, ac sanctae matris ecclesiae exaltatione pios
ad Deum preces effuderint, quae vice id egerint, ut eas omnes
et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, ac poenitentiarum
relaxationes consequantur, quas consequerentur, si septem altaria in Basi-
lica Principis Apostolorum de urbe sita ad id designata personaliter, ut devote
visitarent, apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, et
indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque
praesentibus ad decennium tunc valituris. Volumus autem, ut si
pro praesentatione, admissione seu publicatione praesen-
tium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur,
praesentes nulla sint. Datum Romae apud S. Mariam Majorem
sub annulo piscatoris die 27 anni 1722. Pont. ficatus ------
Nostri ------ Anno ------ secundo.
[papież niewyraźny: kardynalis ------]

na odwrotnej stronie Christophorus Joannes in Thuron Szembek, dei et apo-
stolicae sedis gratia episcopus Premisliensis, Nominatus Varmiensis
Praepositus generalis Miechovienisis. Universis ac singulis, praesentes
visuris, lecturis, legive audituris significamus. Quia nos visis ac
lectis litteris apostolicis seu indulgentiis, favore ecclesiae
conventualis ordinis Minorum S. Francisci in oppido Crosnensi sitae
emanatis, eandem ut sanas, salvas et illaesas, juxta vim et obloquen-
diam earundem litterarum auctoritate Nostra ordinaria admittendas
et recipiendas esse duximus, prout admittimus ac recipimus pro
hucusque indulgentiis ipsem septem Altaria in praefata ecclesia
conventuali sita, nempe 1° Rosarii B. Mariae Virginis 2° S. Antonii. 3°
B. Mariae Virginis Dolorosae. 4° S. Annae. 5° Transfigurationis D. N. J. Christi
6° BB. Mariae V. in capella muskowa? et 7° altare S. Stanislai Episcopi et
martyris designamus, qui eodem altaria duodecim vicibus in quolibet
anno per singulos menses distributis visitaverint atque ut populo
fideli praesentes litteras in quibusvis ecclesiis dioecesis nostrae
publicari possint facultatem impertimur. In quarum fidem etc.

Datum Radymnid in curia nostra episcopali die decima quarta Mensis Octobris A. D. 1723

Innocentius XIII. P.P. indulgentias et peccatorum remissiones dat omnibus, qui septem altaria in ecclesia Assump. B.M.V. ord. s. Franc. Crosnensi visitaverint etc.

LVIII. 206 XLVIII. 57 In nomine domini amen. Bona fide contractus celebratus inter homines mortales. Deo ad memoriam perpetuam redigitur in scriptis, ne ea quæ facta sunt per concordiam, quasi dato libello repudii per discordiam iterato valeant suscitari. Nos igitur Boleslaus Dei gratia dux Cracovie et Sandomirie presens instrumentum inspecturis notum facimus, quod Dominus Boleborio abbati Thincicensi et conventui ejusdem loci pro commutatione terre quæ circa ecclesiam beati Floriani eidem monasterio pertinebat, quam civitati Cracoviensi et hospitibus loci prædicti adjunximus, donavimus partem terre contiguam possessionibus dicti loci memorati, quam partem per Johannem militem nostrum hæredem de Lipno certis terminis distinximus. Insuper dedimus terram quandam vacantem in villa quæ dicitur Broxtek, quæ castellanie de Woynich pertinebat et clamorem super Wizlaw cum villa quæ Gosturin nuncupatur liberum et omni contradictione non valente, et hæc omnia contulimus jure hæreditario possidenda in recompensationem terre supradictæ, salvo tamen jure molendini et tabernæ, quæ ab antiquo dominus predicta possedit. Ut igitur in posterum nulla dubietas posteris oriatur, sigilli nostri auctoritate communimus, præsentibus testimonium laturis, quorum isti sunt nomina: Dominus Felix vicecellarius, Sulek quondam castellanus Wislicensis, Sobeslaus castellanus de Chranow, Jenussius camerarius Cracovie, Stava pincerna de Sarnow, Albertus subagazo Sandomiriensis, Sobeslaus canonicus Sandomiriensis ecclesiæ, Albertus, Ivo capellani curiæ. Datum in Kawichost per manum Twardoslai subvicecellarii. Anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, duodecimo Kalendas Junii. —

Boleslaus dux Cracovie dat monasterio Thincicensi pro terra, quam circa ecclesiam s. Floriani habuit, partem terre adjacentis possessionibus monasterii et terram in Brzostek villa. Datum in Kozwichost.

1258.

52

LIX. Wladislaus Dei gratia Rex Poloniæ Lithuaniæque princeps supremus et hæres Russiæ etc. Significamus universis quibus expedit præsentium notitiam habituris. Quod certis causis animum nostrum ad id moventibus venerabili Mszczuislao abbati in Thyniecz fideli nostro dilecto indulsimus de certa nostra gratia et indulgemus ut eidem liceat villam nostram Brzyszcze nuncupatam in terra nostra Cracoviensi de prope Bycz sitam quam nobilis Sobeslaus de Coszczyeza in triginta marcis latorum grossorum Pragensium et triginta quinque marcis pecunie in Regno nostro Poloniæ communiter

84. decurrentis numeri polonicalis quadraginta octo grossos in marca qualibet computando tenuit in eisdem triginta marcis grossorum latorum Pragensium praedictorum et in triginta quinque marcis pecuniae communibus decurrentis praedictis apud memoratum Dobeslaum de Loszczicze videlicet subjudicem nostrum Cracoviensem redimere cum omnibus ejusdem villis nostris pertinentiis proventibus censibus et appresendiis universis prout ipsam praedictus Dobeslaus tenuit et possedit, habeatque ipse Mscislaus plenam et omnimodam potestatem praedictam villam nostram Brzyszcze cum omnibus ejusdem villis nostris censibus redditibus et pertinentiis universis in dictis triginta marcis grossorum et triginta quinque marcis pecuniis hujusmodi communiter decurrentis praedictorum tenere possidere et utifrui tandiu, donec predicta triginta marcas grossorum et triginta quinque marcas pecuniis predictas per nos aut nostros successores memorato Mscislao aut ejus successoribus poterimus plenarie persolvere. Sed ne in tentione villae hujusmodi aliqua pravitas usuraria intervenire putetur, omnes census, redditus, proventus, utilitates seu usufructus quos idem Mscislaus in tenendo eandem villam nostram de ipsa tulerit pro suis fidelibus servitiis, quod nobis exhibuit exhibet et exhibebit, deducimus et computamus, nihil in eo pravitate usuraria hujusmodi per quempiam censeri volentes. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum Sandomiriae die dominico ante festum sanctae Katherinae virginis anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo octavo. — Ad relationem Domini Clementis [?] viceCancellarii. — Brzyszcze. —

Wladislaus Rex Poloniae etc. indulget Mscislao abbati de Thyniec ut emat villam regiam Brzyszcze prope Bijecz sitam, pro 30 mar. lat. gro 55. Pragen. et 35 mar. pecuniae in Regno Poloniae decurrentis, a Dño Dobeslao de Loszczicze subjudice Crac. redimere et possidere, donec marcas praedictas sibi vel successoribus suis a Rege vel successoribus ejus persolvantur A. D. 1398.

53

LX. Kazimirus Dei gratia Rex Poloniae Magnus dux Lithuaniae et haeres Russiae etc. Significamus tenore praesentium, quibus expedit universis, quomodo dum cum praelatis et baronibus Regni, consiliariis nostris, in consilio in castro Cracoviensi in Curzanoga agerentur, supervenerunt ad conspectum Majestatis nostrae consules civitatum nostrarum Cracoviensis ab una, et Kazimiriensis ab altera partibus, et inter se coram nobis et eisdem consiliariis nostris occasione venditionis salis vulgariter crem~~e~~wzka nuncupati in Kazimiria, differentia discepturi. Nos vero tandem cum praedictis praelatis et baronibus in consilio prudenter existentibus hujusmodi differentiam sic inter ipsas civitates nostras et earum habitatores et incolas, occasione

1451. LXII.

54

Kazimirus, dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie et heres Russie &c.
Significamus tenore presentium universis, quomodo veniens ad nostre Majestatis presentiam nobilis Martinus scolletus de Chrczonow, privilegium scolletiis suum, sibi per genitorem nostrum, divis memorie gratiose donatum offerens, humiliter supplicavit, quatenus sibi transumptum ejusdem, quod propter casus et eventus infortunios, quos per varia discrimina ignis voraginem aut aquarum pericula in eisdem contigi et accidi solent dare et decernere, mandare dignaremur generose, quod serum ad juris ordinem fiendum facillime deferre, et ad alia quevis sibi onera incumbentia offerre posset et valeat. Cujus quidem privilegii de verbo ad verbum tenor sequitur, et est talis: In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia hunc multis errorum et dubiorum prudenter occurrimus dispendiis, dum gesta actalis nostre litterarum apicibus et fide dignorum testimonio perhennamus, proinde nos Wladislaus, dei gratia Rex Polonie, necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie Lithuanieque princeps supremus, Pomeranie Russie quoque dominus et heres. Significamus tenore presentium quibus expedit universis presentibus et futuris presentium noticiam habituris, quod considerati et inspectis fidelibus servitiis nobilis Barthossii de Wyanczorowyczka nostri fidelis et dilecti, quos nobis exhibuit et in posterum divino suffragante paratus exhibere, volentes itaque ipsum nostris favoribus prosequi gratiis specialis, sibi scultetiam in villa nostra Chrczonow in terra et districtu Lublinensi situata cum tribus lanceis agri super rivolo /: rivulo :/ et cum eodem rivolo ac propria area eidem rivulo adhærente, et duas piscinas, unam in villa predicta Chrczonow superius nostris piscinis, aliam infra Chrczonow in torrente ibidem in Chrczonow in fluvio fluente, et in eadem piscina inferiori molendinum edificare dedimus, et presentibus damus, et cum pratis, quos vadunt a multicortice stante in medio vallis usque ad viam, quos currit et saltat per eandem valliculam, alias przes dolek. Etiam sextum denarium de censu, tertiumque de penis yuszdawne /: juz dawne :/ per ipsum scolletum, vel per quempiam alium successorem alias yegobandaczij /: jego ~~bydarcy~~ :/ fore, dedimus, contribuimus, et in perpetuum damus, cum omnibus pertinentiis, attinentiis et proventibus ad tale officium scolletiis jure hereditario spectantibus possidendi tenendi habendi, ac predictam scultetiam cum prenominatis lanceis agri et rivulo ac area commutandi vendendi et ad vsus suos beneplacitos convertendi, prout sibi aut successoribus ipsius legitimis melius

et utilius videbi[tur] expedire, concedimus facultatem. Damus itaque prefato Barthosio et suis posteris legitimis unam tabernam in medio villa prelibata cum medio laneo inter alios agros tabernarum ad quam etiam addimus et presentibus addimus residuitates agrorum ibidem ad eandem tabernam concurrentium, quas residuitates vulgariter obchar nuncupantur, et in eisdem residuitatibus Barthosius predictus scultetus potest et sui legitimi successores possint suos pro utilitatibus ortulanos collocare. Etiam predicta taberna pratum ab aggere piscine scultheti inferiori usque ad rivulum primum versus monticulum, qui vulgariter Czmyntarzyszko appellatur. Item dum prenominatus Barthosius laneos prescriptos totaliter et exintegro exstirpaverit et effoderit, aut ipsius successores legitimi exstirpaverint et effoderint, extunc damus prenominato Barthosio mariczam vulgariter Dambrowa, jacentem inter ipsius laneos et inter Czarzkow ad utilitatem ipsius, nihil pro se reservando ad in perpetuum, de qua quidem scultetia sepe dictus Barthosius et sui posteri nobis et nostris successoribus tenebitur et tenebuntur cum balista in equo suo proprio ad quamlibet expeditionem generalem paratus esse paratique servire. Si autem contigerit, quod sepe dicta villa Chrzonow versa fuerit in possessionem dominorum, extunc sepe dictum Barthosium ob causam serviciorum fidelium nobis per ipsum alende exhibitorum ab omnibus aliis serviciis dominorum predictorum eximimus et liberamus volentes. Ipsumque et successores ejus nostris pro serviciis reservamus, qui nobis et nostris successoribus servire debebunt, sicut alii terrigene regni nostri. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum in Kulowiczce feria secunda proxima ante festum sancti Mathie apostoli, anno domini millesimo, quadringentesimo tredecimo, presentibus his strenuis nobilibusque viris Johanne de Sezedoczin Lublinensi, Dobeslao de Oleschnicza Woyniczensi, Johanne Curopalwa de Laczuchow Sawichostensi Domarath de Cobilani Byeczensi castellanis, Barthosio de Ogrodzenyecze, succamerario Sandomiriensi, et Mathia de Sachodoli judice Lublinensi et aliis quamplurimis fidedignis. Datum per manus venerabilis domini prepositi sancti Floriani Cracoviensis, Regni Polonie viceancellarii, nobis sincere dilecti. Ad mandatum domini Regis per se, nos praecibus prefati Martini et dictas peticiones considerantes fore justas dictum privilegium transcribi mandavimus, et transcribimus tenore presentium mediante. Et in hujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appressum. Datum in Parczow feria quinta proxima post sancti Francisci, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo. Ad relationem magnifici Johannis de Conjecepole R. P. viceancellarii. —

Scultetia in villa Chrzonow Barthosio et ejus successoribus a Vladislao rege 1413 data.
a Casimiro rege contestata. —— 1451.

LXI. 1413. 55 49

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Wadislaus, dei gratia rex Polonie, magnus dux Lithuanie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lanciciè, Lujavie, Pomeranie, Dobrinie, dominus et hæres Russie. Significamus tenore presentium, quibus expedit universis presentibus et futuris, presentium [illegible] litterarum [illegible] notitiam habituris. Quomodo consideratis et inspectis fidelibus serviciis nobilis Barthosii de Crzeczonow, advocati nostri fidelis, nobis dilecti, quæ nobis exhibuit et in posterum poterit exhibere, volentes itaque ipsum nostris prosequi specialibus favoribus, Barthosium advocatum nostrum de Crzeczonow fidele dilectum, et suos legitimos successores ab omni bellica expedicione liberavimus, eximimus et absolvimus, presentium per tenorem liberamus, eximimus et absolvimus. Tali tamen conditione interjecta, quod predictus Barthosius advocatus de Crzeczonow et sui successores legitimi in supradicta advocatia tenebitur et tenebuntur pro qualibet expedicione bellica nostra contra hostes quoscunque unum famulum cum equo cum balista perpetuo et eviterne expedire. Harum testimonio litterarum, quibus sigillum nostrum est presentibus appensum. Datum in Kurow feria tertia proxima ante festum sancti Mathiæ apostoli gloriosi. Anno domini Milesimo, quadringentesimo tredecimo presentibus his strenuis nobilibusque viris Johanne de Oxcxczyn Sublimensi, Doberslao

de Olevchnicza Wyniczensi, Johanne Curopathwa de Lacz[illegible]kow Kawichostensi, Domarath de Cebylany Beczensi Cancellario, Barthosio de Ogrodzenijec, succamerario Sandomiriensi et Mathia de Sudkodoli, judice Lublinensi et aliis quamplurib[us] fide dignis. Datum per manus venerabilis domini prepositi sancti Floriani extra muros Cracovienses in florentia Regni Poloniae vicecancellarii nobis sincere dilecti. — Ad relationem ejusdem venerabilis domini Reg. Pol. vicecancellarii.

Vladislaus Barthosium de Ciczonow absolvit ab omni bellica expeditione sub condicione, ut unum famulum cum equo pro quavis expeditione paratum habeat. 1413.

venditionis ejusdem salis subortum, talimodo sedavimus, quod dicte civitatis Kazimiriensis inhabitatores et incole in cameris ipsorum, sal predictum exbrow municipatuum, libere poterint duntaxat in dictis forensibus vendere, et sine impedimento temporibus perpetuis et in evum. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio litterarum. Actum et datum Cracovie feria quinta ipso die divisionis beatorum apostolorum Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo. —

Relatio magnifici Johannis de Lonczpole Regni Polonie cancellarii etc. Casimiri Regis decretum, quod rives civitatis Kazimiriensis sal Ebrowka municipatum vendere poterint libere et perpetuis temporibus in diebus forensibus. Cracovie A. D. 1451. —

LXIII. 56 Kazimirus dei gracia Rex Polonie Magnus dux Lithuanie Russie Prussieque dominus et heres etc. Significamus tenore presentium quibus expedit universis quomodo dum nobis inter famosos Conradus civitatis nostre Cracoviensis ex una et nobilem Katherinam Gorzkowicz de Garlicze filiam cujusdam olim Georgii Homan parte ex altera mota quistio materia quistionis occasione cujusdam debiti trecentorum florenorum, quod predicta Katherina eidemque Georgio patri suo per predictum consules debere et obligari asserebat, litteris ipsorum consulum obligationem ipsam probando et verificando Consulibus eisdem ex adverso allegentibus, debiti ejus solutionem jam dudum factam fuisse probantibus quam solutionem eandem Regestris ipsorum de cujusdam notarii qui obligationis supradictos scripsit, sic et solutionem factam in regestris eisdem notavit. Tandem Nos cum consiliariis nostris lateri nostro tunc assistentibus auditis partium hinc inde deductionibus et allegationibus visis(?) quis et litteris obligationis predicte de supradictis trecentis florenis per Consules Cracovienses et regestris eisdem in quibus solutio debiti ejusdem facta deducimus(?) compertum, solutionem ipsam suprascripto Georgio Homan per ipsos consules sufficienter et plenarie factam fuisse. Itaque ex inde decernimus presentibusque decernimus predictam Katherinam predictos Consules occasione predictorum trecentorum florenorum impetitionis nec impetere debere, silentium perpetuum eis super ea sibi imponendo. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio litterarum. Datum Cracovie feria secunda post festum sancti Petri ad vincula proxima. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo nono. Ubi vicecancellarius. Relatio Venerabilis Gregorii de Lubranicz Regni Pol. Vicecancellarii. —

Casimiri Regis decretum, quo statuitur, consules Cracovienses persolvisse trecentos florenos Georgio Homan, et ideo filia ejus Katherina non debet exigere solutionem horum trecentorum florenorum, litteris obligationis non obstantibus. Cracovie 1489.

LXIV.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæque etc. Dominus et hæres. Significamus tenore præsentium quibus expedit universis et singulis, Exhibitas esse coram nobis, nonnisi nobilium Sebastiani et Bohdan Krambskich fratrum germanorum per certos consiliarios vestros binas litteras forgeneres tenoris infrascripti litteris ruthenicis exaratas, quarum altera quatuor altera duobus sigillis supappensis communitæ fuerant, sanas salvas et integras, nullisque vitio aut suspicione obnoxias, supplicandoque nobis fuisse, ut ejusmodi litteras et omnia earum roborata, auctoritate nostra regia approbare ratificare et roborare dignaremur, quarum duo tenores fuerant. In Bożey miłości my Xiążę Fedor Lubartkowicz, czynim znamienito tym naszym listem każdemu dobremu człowiekowi, kto gdy nań wejrzy, albo czytać będzie usłyszy, A kto czo pan Danilo Radrzeiczki Dasbogowicz, primasowi wyesz z Woytem Kidaczowskim Łuckym Czeremchowim, przeciwko Łowczicz y niedorzeczowicza dworziszczem, y Piskowicza Dworziszcze czo podlye wsi Łowczicz, A jako szyą primaszowski wszyanie, kedi pan Danilo myał szyą wstampować w Obłazniczo dambrove, y w lyasz y w dworziszcze Piskowicza czo u wyerzchu Łubnika na Łubninye: kedi sobaczya drzey Obłazniczey uczinili z Danilom rozyasd, y wiwiedli obłazniczi na dambrove wyelye dobrych lyudzi, zyemyan y starczow, A Danilo z Woythem wiwiedli swoie lyudzye y starcze, y nyeukazał Danilo z woythem granicze swoicy sstareczami s swogimi, a Obłazniczi swoie granicze ukazali z zyemyany s starczami, A pajechali im zyemyanye y starczowye po ich prawemu, pokiey dzyerzeli ich przodkowye, y lesi dzyadowye ich y ojczowye; a polki pajechali im poki Chojeczka droga na Krzizik lyezi, a po wyelką mogilą po Kidaczowskye rozpudkye, y lesi po Kirawską drogę na piwi Obłazniczow, A na rozdzyeczdzye bili zyemyanye, pan Pyenko Parubicz voievoda Kidaczowski, pan Coroway Poczeczicz, pan Kosko Powisliczicz, pan Thalomist Balicki, pan Drahomist Włodimyereczki, pan Iwasko Dzyadoszczicki, pan Mangko Ordenowicz, a Oslash Wołobudk, y pajechali im po ich prawey prawdzye, y ostali Obłazniczi przi tim Dworziszku Piskowicza, czo na Łuhni, kedi pan Danilo przisiedszi przed nasz, prawował szyą na woytka Kidaczowskyego Łuczkę, y dworziszko Piskowicza czo na Lubszkey y na Łuhni, y podoxili przed nami Krolyewskij Przywiley Woytkow, y lesch liszti dawne, kedi y na Krolewskim liszczye Voythowim y lesch dawnich liszczyech nyczsłogi opiszano tho dworziszko Piskowicza czo na Lubszkey y na Łuhni, alyż tho dworziszko Piskowicza słogi opiszano w Krolewskim liszczye y na dawnich liszczyech, czo we wszi Łowczicznich y drugye Nyedorozowicza dworziszko: kedi pan Danilo nyedosłał na woyczye swego dworziszka, czo na Łuhni mocą za swe własne dosławał, Przeczosch mi obaczywszki na Krolewskim liszczye y na dawnich z naszimi s służebnikami a s sądzyami, czich tho dworziszcze Piskowicza czo na Łuhki słogi na Obłazniczi zyemi, y mi osądziwszki y obaczywszki z naszimi s sądzyami y s zyemyany, zosławilismi obłoz-

wicze przi Slim dworzisku Pizlowiczach czo na Hubai, a sSlim ze wszistkim prawem y pozitki czo od dawnich czassow przistuszalo Kudowu dworzisku y na Sosznii dali Obłazniczom sen nasz list pod nasilą pyeczaczya; A Kdeneu y naschich slug y szyemyanskimi pyeczaczyani, pana Chotkova Czemyerova pyeczaczi, y pana Pyenkova pyeczaczi, pana Zarembicza voievodi Kidaczowskyego pyeczaczik, y pana Corovaiova pyeczaczik Proczewicza, A prziSlim bili Sądzye y swyadkowye, pan Chotko Czemyerz, pan Pyenko Zarubick, voievoda Kidaczowski, pan Coroway Proczewicz, pan Drahomir volodimyerski, pan Koszko Powisliwczick, pan Thalomir Baliczki, pan duczka woysk solski, Olcban Radaczowski Mikotay y Holopobolk, y Brzilyarz, y inszich bito przi Slim wyelye dobrich ludzi. A pisan Chen lisch w Kidaczowye, nadzyen swijatich Trzech Krolow, Lyatka narodzenya panskyego Thissyączego czterziscsinego iedenastego. Alterarum vero litterarum tenor fuerat, Od pana Andrassa Kidaczowskiego Voievodi, od pana Pyotra Sądzyego Kxyążeczya, prawowali szyą przed nami, Jaczko Zanyevick Obłozniczą, a pravovat szyą o barthni lyasz y o szyanowenczi, y wszlapiwski w pravo, dał pamyętnego grziwnę, a wigrał swoie po Danch Czerewatki y po tawne, y Serh po dwye mogilye, wczązczi po Buk po Volcze kolyaszo, Sądzid pan Andreas Sądzya, y pan Pyotr sądzya Kxążęczi, Oleschko Powyesliwicz, Myenko Schimonowicz, Nos itaque Sigismundus Augustus, Rex praefatus, supplicationi ejusmodi benigne annuentes, utrasque litteras praeinsertas, et omnia earum tenores, auctoritate nostra Regia, in omnibus punctis, clausulis, conditionibus et articulis, approbamus, ratificamus et confirmamus, vimque et robur debitae firmitatis obtinere debere, in quantum dictorum bonorum possessio est hucusque continuata, decernimus. Harum, quibus sigillum nostrum est subappensum, testimonio litterarum. Datum Pyotrkovidi in conventione Regni nostri generali, sabbato post Dominicam Cantate proxime, Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, Regni nostri vigesimo sexto. —

Joannes Ocieski Regni Poloniae cancellarius. Relatio Magnifici Joannis de Oczyesliino, Regni Poloniae Cancellarii, Cracoviensis generalis, ac Sandecensis Olsztinensisque capitanei, et Succamerarii Cracoviensis.

Sigismundus Augustus confirmat duas litteras ruthenicas pergamenas. Piotrkovidi 1555. Regulatio limitum villae Obłazniczae.

58

LXV. Stephanus dei gratia Rex Poloniae magnus dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiaeque etc. Princeps Transylvaniae. Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis et singulis. Quia nos ad intercessionem certorum Consiliariorum nostrorum pro Provido Martino Dambkowski filio Gregorii Dambkowski, mineratoris ferrarii Capitaneatus Olstinensis apud nos facta, eundem in usufructu minerae ferrariae et pacifica possessione, per supramemoratum patrem acquisitam, ac de nova radice sumptu proprio aedificatam in fluvio Warcha et loco sic dicto poczesna consistentem ad capitaneatumque

nostrum Olsticensem spectantem et pertinentem, in cujus usu nunc usque extat ex gratia nostra conservandum duximus, uti quidem cum in possessione praefatâ mineră cum omnibus ejusdem pertinentiis, agris pratis, pascuis, hortis, aedificiis, laboratoribus, silvis, fluviis et liberâ piscatura piscium in fluvio Warka et aliis idgenus, prout se in latum et longum F. . . . . ex antiquo constituta: extendit, conservamus et relinquimus ad extremum vitae ipsius tempora. Praeterea eidem Mineratori praefato ex . . . . . in eadem minera seraria in fluvio Warka construere et aedificare pro meliori conditione et utilitate ipsius eum id sine damno . . . . . mensis forte intellexisemus . . . . . successoribus nostris, quod quam . . . . . vivis exliterit neque nos ei praefatam mineram porzesna nuncupatam cum omnibus ejusdem ex antiquo attinentiis adimemus . . . . . redemus, neque Serenissimi successores nostri adempturi aut alicui adimendi potestatem concessuri sint. Juribus, censibus nostris Regalibus salvis . . . . . manentibus. In quorum omnium fidem et testimonium manu nostra subscripsimus, Sigillumque nostrum appendi jussimus. Datum Cracoviae die ultima mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo septuagesimo octavo Regni vero nostri tertio. Stephanus Rex.

Stefan Batory nadaje przywilej Marcinowi Dębkowskiemu na rudy żelazne w Porzecznej nad Warką w starostwie Olsztyńskiem 1578.

F miejsce exactore kropkami wydarte w dokumencie, pewnie też zalarte.

59

LXVI. Sigismundus tertius Dei gratia Rex Polonie magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae Samogitiae livoniaeque etc. nec non regni Sueciae proximus haeres et futurus Rex. Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis et singulis. Quod coram nobis et Actis Cancellariae nostrae constituti personaliter Magnificus Georgius Mniszek de Mogna Kunegyce Palatinus Sandomiriensis Sanocensis, Samboriensis, Sokaliensis etc. capitaneus, nec non Magnifica Hedwigis de Skrzeszkarowicze Tarnowska ejusdem Magnifici Palatini conjux legitima illa pro se haec vero pro eundem maritum tutoremque suum legitimum. Recedentes a Terris Palatinalibus districtibus, jure, jurisdictioneque sua competenti et se cum bonis omnibus ac successoribus suis quoad actum praesentem Jurisdictioni nostrae incorporantes et subiicientes mere corporeque pure existentes sponte libere et expresse verbis recognoverunt. Quia famato Torquato Bernatowicz civi de polien. . . . . justi liquidique debiti, paratae nu. . . . . meratoque pecuniae debent ac teneantur quamque millia florenorum pecuniae polonicalis per triginta grossos singulos computanda. Quem quidem sum.

manu ultra summam quamque millium florenorum perennis quam
natus olim Zacharias Bernatowicz pater praedicti Torossii in domo lapidea
inscripta a praedicto Magnifico Palatino cum consensu praedictis suis con-
jugis inscriptam habuit, prout inscriptio coram Actis Cancellariis Sacrae
Majestatis Regis Serenissimi Regis Stephani antecessoris nostri facta la-
tius declaratur, ita ut tota summa decem millia florenorum perennis
efficiat. Quam summam iidem conjuges memorato Torossio Berna-
towicz inscribunt reformant asserunant et hipotecant, super tota et in-
tegra domo lapidea praedictis Hedvigis de Szirekarzowicze haereditatis
in Civitate Leopolien. in circulo penes domos Archiepiscopales Leopolien-
sem ex una, et haeredes olim Valentini Yas ex altera sita et jacentie quam
ad praesens idem Torossius Bernatowicz vigore inscriptionis obligatoriae
per praedictum Palatinum Sandomir. olim Zacharias Bernatowicz patri suo facta
possidebat, cum omni jure, dominio, proprietate et usufructu, censibus
et emolumentis per eundem Torossium Bernatowicz ejusque successores
tenendam, habendam et possidendam pacifice quo ulterius usufructu
usufructus nihil de summa principali defalcandes tam diu quam diu
illi ejusque successoribus summa praedicta decem millia florenorum
perennis polonicalis per memoratos conjuges eorumque successores
reposita et in paratis pecuniis numerata non fuerit, debentque et
teneantur ac sese in omnibus bonis suis nullis exceptis in quibus-
cunque terris Palatinalibus et districtibus eorumque sitis praedicti con-
jugi, praedictus videlicet Magnificus Palatinus Sandomiriensis per
se, ipsa vero Magnifica Hedvigis cum personali consensu et assistentia
ipsius mariti sui ut tutoris conjugalis, a Terris Palatinalibus distric-
tibus eorumque competenti suis recedentes, et se successoresque suos
huic nostrae Jurisdictioni, quoad hanc obligationem incorporandam
et subjiciendam obligant, et inscribunt memoratum Torossium
Bernatowicz ejusque successores in possessione usu ac usufructu
domus lapideae modo praemisso obligatae ab omnibus juribus et
inscriptionibus debitis, oneribus, prioribus et posterioribus cuicunque
personarum in quemcunque censum coram coram quibuscunque actis
Regni Poloniae factis et adhuc faciendis, nec non ab omnibus et singulis
citationibus, adoritationibus, concitationibus ad satisfaciendum et
executorialibus tam nostris aut brachii nostri regalis quam etiam
civilibus leopoliensibus per quempiam in praedictam lapideam importatis
et importandis, lucris, perlucris, vadiis triplicatis, damnis etiam ac poenis
civilibus et quibusvis processibus et progressibus juris quorumcunque
Tribunalium et officiorum Regni etiam civilium in ipsa lapidea vel ejus
aliqua parte aut sorte perductis et perducendis ab reformationibus etiam
dotium dotalitiorum adoritalitatumque quorumvis tam mulierarum quam
divisarum, generaliter vero ab omni impetitione juridica quacumque
personarum status sexus et conditionis cujusvis existentium liere defendere
evincere eliberare ac semper et ubique indemnem et ejus successores
indemnes reddere. Nec etiam ipsi conjuges successoresque eorum

90. non debeat supranominato Turosio Bernatovic et ejus successoribus in ipsa lapidea tam in toto quam in parte injuriari aut quovis modo et colore exquisito vel sub pretextu aliquo pacificam possessionem et usum illius lapidis praepedire tam per se quam per alios quosvis submissas subordinatasque personas tam vi quam jure, sub vadio simili summa decem millium florenorum pecunia pilonicalis toliens quotiens in opus fuerit ad solvendum succumbens. Pro quo quidem vadio praefato propter non adimplationem praemissorum in toto aut in quavis parte per ipsos conjuges eorumque successores ad solvendum succumbitis, prenominati conjuges eorumque successores citati ad instantiam praefati Turosii Bernatovic aut ejus successorum ad Judicium seu officium Castrense Leopoliense vel Premisliense. Extunc recedentes a Terris, districtibus, juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis in primo citationis termino ut in peremptorio stare, parere respondere et pro vadio toliens quotiens citabuntur vel eorum successores citati fuerint, a judicio sive officio illis ad quod citati cum suis successoribus fuerint non discedere satisfacere judicatumque pati, et nihilominus inscriptionem hanc tam in parte quam in toto complere tenebuntur ac debebunt. Sub alio simili atque speciali vadio toliens quotiens opus fuerit per ipsos conjuges eorumque successores praemissorum omnium occasione succumbendes. Eundem primum terminum et alios quoque terminos ejusdem causa et causarum, vigore praesentis inscriptionis modo vel movendarum semper peremptorios, quem et quos sibi et successoribus suis peremptorium et peremptorios fatentur, quibus juris communis remediis et beneficiis, viis cautelis actibus, coloribus, extrajudicialis, quod humana industria adinvenire et excogitari possint hic expressis et non expressis, vel aliquibus legalibus impedimentis, vera vel simplici infirmitatibus actione pro majore successorum minorennitate neque ad evictorem, ad minimam dilationem ex praesenti inscriptione aut aliqua ejus conditione vel processu ex illa subsequendes, praeter acta illius judicii officii ad quod iidem conjuges vel eorum successores citati fuerint, nullisque aliis dilationibus, bello, colloquio, conventione particulari, et generali servitio militari negotiis nostris et Reipublicae legatione intra et extra regnum, peregrinatione, peste, fractione pontium, interregno, ac solutione vadii vel vadiorum, pariis regalibus trium marcarum et triplici trium marcarum, illoque beneficio quod non fieri faciam differendes aut evadendes, Renunciantesque juri communi Statutis et consuetudinibus Regni novis vel antiquis laudatis vel laudandis, decretis nostris aut antecessorum nostrorum in simili negotio prolatis et proferendis, literis quibusvis nostris in contrarium emanatis non obstantes. Praesentique inscriptioni et in ea contentis insufficientiam et abusum quemvis non objicien-

immo non allegandis, neque audiendo quibusvis exceptionibus de-
fensionibus contrariis in negotio principali et accessorio simplici vel
peremptorio inferri solito, fori declinationibus, protestationibus, eva-
sionibus, mala in lucro condemnatione, malo et inordinato processu
juris ignorantia de citationibus et progressibus juridicis, ante ter-
minum insufficientia citationis et citationum, ad inscriptionem
praesentem emanatis, mala inordinata et intempestive positione
citationis, non statutione Ministerialis qui citationem posuit, Mini-
sterialium erroneis vel veris recognitionibus, evocationibus ejusdem vel
districtu proprio in competentis judicii vel officii, Motiones, apellationes,
provocationes à decreto vel quibusvis judicii vel officii, ad
quod praememorati conjuges eorumque successores citabuntur ad superio-
rem judicem non facientes, neque eadem quovis modo prosequentes et
eadem revocantes immo omnibus et singulis juris et facti remediis; gene-
raliter universis et specialiter singulis juridicis et injuridicis, quod ejus
communi legum et consuetudinum beneficio adinvenire possunt, hic
descriptis vel non descriptis, ita quod generalitas specialitati et
specialitas generalitati in nullo derogent seipsos suosque successores
abdicantes, et nihil sibi penitus contra inscriptionem praesentem
et citationes ac processus quosvis ex illa subsequentes in auxilium
accipientes, immo quicquid iidem conjuges eorumque successores acce-
perint id totum illis obierit et non proderit, eoque facto in amissione
suis suorumque successorum totius causae et vadii ac vadiorum solu-
tione condemnari debent debeburtque totiens quotiens eidem Torossio
Bernatowicz ejusque successoribus opus fuerit. Duo quidem vadia seu
vadiis solutio utique praesenti inscriptioni et omnibus ejus contentis
tam in parte quam in toto sub aliis similibus et specialibus vadiis
ac ligamentis inscriptionis praesentis totiens quotiens opus fuerit
iidem conjuges cum suis successoribus satisfacere teneburtur. Nulla
praescriptione temporis aut temporis diuturnitate in praemissis obstan-
tibus. Quam quidem recognitionem et inscriptionem modo praemisso
factam nos admitti suscipi, et in acta cancellariae nostrae inscribi man-
davimus, decernimusque eandem et omnia in illa comprehensa robur
et pondus suum justum et debitum semper obtinere debere. Atque
in ejus rei fidem sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum
Cracoviae die duodecima Mensis Junii, Anno domini Millesimo quin-
gentesimo nonagesimo secundo. Regni nostri anno quinto.
Joannes Tharnowski Regni Poloniae Vicecancellarius. Relatio Reve-
di Joannis Tarnowski, Cracoviensis, Vladislaviensis, Lanciciensisque
Praepositi, et Regni Poloniae Vicecancellarii. — Jan. Kosubski. —

Sigismundus III. Jerzy Mniszek Wojewoda Sandomirski zapisuje
na Kamienicy Torz Bernatowicza 10.000 Torosowi Bernatowiczowi.

Krakow 1592. —

92. **LXVII.** Sigismundus 60 Tertius Dei gratia Rex Polonie magnus dux Lithuanie Russie Prussie Masovie Samogitie Livonie etc. Nec non Suecorum Gothorum Wandalorumque hereditarius Rex. Significamus presentibus litteris nostris quorum interest universis et singulis. Exhibitas esse coram nobis litteras Pargamenas sub titulo Reverendissimi in Christo Patris domini Joannis Demetrii Solikowski archiepiscopi Leopoliensis ipsiusque Venerabilis capituli Sigillis eorundem communitas sanas integras omnique prorsus suspitionis nota carentes, quibus hic idem Reverendissimus Archiepiscopus cum suo Venerabili capitulo Conventui Victorum Leopoliensium ad meliorem ipsorum statum et ordinem in sua Archidiocesi conservandum certos articulos attribuit. Supplicatumque nobis esse ipsorum nomine ut eosdem auctoritate nostra Regia comprobare confirmare et ratificare dignaremur. Quarum tenor de verbo ad verbum sequitur talis. Joannes ~~Demetrius~~ Demetrius Solikowski à Solki dei gratia Archiepiscopus Leopoliensis etc. Significamus presentibus litteris nostris quorum interest universis et singulis tam Spiritualibus quam Secularibus. Quandoquidem nostro incumbit muneri qui singulari dei optimi Maximi beneficio ad Archiepiscopatus dignitatem evecti sumus, ut quidquunque ad pure et integre glorificandum Deum omnipotentem pertinere videantur quantum in nobis situm est providemus promovemus ac firmissime observari curemus, Imagines autem ad decorem domus Domini et ad laudem dei omnipotentis ac honorem Sanctorum ejus pie facta non postremum habeant momentum quod ad conservandam rei sacre memoriam et ad excitandam in cordibus hominum devotionem plurimum valerit, visum est nobis etiam picturas seu sculpturas in ordinem redigere et ex hac etiam parte Ecclesia dei reformationem a scriptura sacra non abhorrentem facere. Cum enim Sacrosanctam Tridentinum Concilium Christi et Deipare Virginis sacrorumque sanctorum imaginibus quibus loci precipue habitationis dei decorari et coadornari solent debitum honorem et veneracionem impertiendam statuerit non quod credatur eis inesse aliqua divinitas sed quoniam honos eis exhibitus refertur ad Prototypa eis representata, Schysmaticorum autem callida industria nescitur qua iniquitate temporum ita irrepserit cupiditasque in ejusmodi imaginibus pingendis ne dicam pingendis ad vendendum eo usque exercuerit ut etiam Catholicos ritus homines ea arte instituendos penitus arceant et excludant, ex quo illis detur occasio sese extollendi jactandique ac quod absit, quotque ad aures nostras sepe deferatur nobis insultandi nempe suis maribus operas factas a nobis in Ecclesia coli et adorari. Mos itaque primarius habita ratione pietatis ne scilicet eo imagines quas in laudem dei et gloriam Dei statuimus coram quibus capita aperimus et procumbimus quasque exosculamur sint moribus Schismaticorum utpote Armenorum et Rutenorum condaminatis ac prophanatis. Ad hec etiam viris litteris Nobilis Joannis Schwankowski, Sacre Regie Majestatis Victoris Sodalis.

lis Pictorum Catholicorum Promotoris et Archimagistro benigne
concessis quibus ipse eximitur cum sua fraternitate ab omnibus illiberalibus et sordidis obsequiis et ars haec Pictoria ingenua et Ecclesiis Dei ornandis utilis declaratur, in eaque exercenda Armani Ruthori et caeteri Schismatici arcentur poena proposita et in transgressores interjecta et quibus litteris ipse Schwankowski cum suo collegio certis immunitatibus et praerogativis ornatur. Habentes etiam prae oculis legem publicam omnes fraternitates et sodalitates artificum nisi fuerint ad Ordinem et Eccles. sios obsequia constitutis abrogandam et rollendam, Sodalitates vero Schismaticorum ordinem Ecclesiasticum inter . . . . . et obedientiam Romanae ecclesiae quia sola catholica est inperturbare quis non videt, adde quod ritus catholici sive adolescentem opera eorum in edificando artificio utantur sive sorii labores eorum juvandi in domibus eorum degentes Ecclesiae obedientiam non possunt ut par est praestare nempe celebrare praecepta adimplere quandoquidem ea omnia contraria se apud Schismaticos habere ut indignum est servos et referendarios iisdem quibus liberi gaudere libertatibus et facultatibus nam et cop

His et aliis rationibus quas Canones ecclesiastici habent omnibus et singulis mandamus praesentibus litteris nostris per totam Archidioecesem nostram et quicunque spiritualis sive saecularis ordinis imagines vesve caeteras ad sacram scripturam et funera Catholicorum pertinentes pingentibus sint notarii ritus catholici ac Sacrae Romanae Apostolicae sedi obedientiam plus tradant quandoquidem cognitum habemus nostros Dei beneficio plurimos reperiri qui in arte pingendi excellunt ut Schismaticos multis passibus post se relinquant et propriis laborum premiis magis ac magis sunt relicturi. Ad haec rum certe normis decori et pietati respondendi sint sacris Canonibus constitutis, a quibus in imaginibus pingendis discedere non liceat quomodo earum ignari Schismate satisfacere eis possunt, quorum infideles operas ex templis domini vel eo nomine extirpandas putamus, ut eorum erroribus per imagines dissipandis via obstruatur. Quo autem firmius hoc nostrum institutum custodiatur ac manutenetur, neve ei per fraudem aliquid derogetur praesentibus litteris nostris damus ac perpetuis temporibus concedimus una cum Capitulo nostro fraternitatibus pictorum sub emma ejusmodi. Imprimis Beatissimae Virginis Mariae puerum Jesum gestantem in sole Capitulare Monocerotis vero nostri Patrii ad [illegible] clavis imaginem sub Monocerote vero stemma Pictorum Catholicorum a Sacra Caesarea Majestate illis donatum nempe tres campos albos in campo rubro adjungimus prout hic integrum de-

pictum et expressum cernere licet hoc pronunciato ac expresso ut cuique imagini seu altari seu Epitaphio hoc stemma imprimant quo nobis Successoribusque nostris in posterum innotescat manibus Catholicorum imaginem picta et elaborata esse ad nobilium omnium deducendum, quodcunque imago seu quodcunque altare vel Epitaphium vel vexillum quocunque templo Archidioecesis nostrae salutaris hoc expresso a nobis Societati Pictorum Catholicorum stemmate dato varuerit id neque Nos neque Successores nostros conservaturos neque deo dicaturos neque ad Ecclesiam recepturos immo sanctam impiorum manibus prophanatum opus ac indignum a domo dei arcendum ac eiiciendum mandaturos. Et insuper qui secus fecerint Censuris Ecclesiasticis per nos sive Ordinarium Judicem nostrum praescripto Canonum pronuntiamus. Transgressores etiam Mandati Sacrae Regiae Majestatis solutioni poenae decem Marcarum puri auri obnoxii erunt medio partis hujus poenae pro fisco Regio et alterius ipsi Sodalitati Pictorum Catholicorum quae poena in diplomate Sacrae Regiae Majestatis interposita ibidem, quae Sodalitas etiam per spectabiles Consules Leopolienses ad Mandatum Sacrae Regiae Majestatis est suscepta et approbata. In cujus rei fidem et evidens testimonium impresso et appenso Sigillo nostro nos manu nostra propria subscripsimus. Datum Leopoli die vigesima prima Mensis Januarii Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo sexto. Josephus Demetrius Solikowski Archiepiscopus Leopoliensis manu propria. Nos itaque Sigismundus Tertius Rex praenominatus litteras praeinsertas in omnibus earum punctis clausulis articulis conditionibus singulisque et universis rerumdis auctoritate nostra Regia comprobandas confirmandas ratificandas esse duximus, ubi quidem quantum juris publici ratio permittit etiam cum stemmate in litteris originalibus depicto comprobamus confirmamus et ratificamus easdemque robur debitae firmitatis habere et ab omnibus et singulis quorum interfuerit firmiter et inviolabiliter ac sub poena supra expressa observari volumus. In cujus rei fidem praesentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni roborari jussimus. Datum Warsaviae die decima Mensis Januarii Anno Domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo septimo Regnorum nostrorum Poloniae decimo Sueciae vero tertio. Sigismundus Rex.

Sigismundus III Privilegium pictoribus Leopoliensibus datum. Varsaviae 10 Januarii 1594.

61

LXVIII.

Sigismundus Tertius Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque etc. nec non Suecorum Gothorum Vandalorumque haereditarius Rex. Significamus praesentibus, litteris nostris quorum interest universis et singulis. Exhibitas nobis

esse litteras pergamenceas nomine pictorum Catholicorum Leopolien-
sium manu Reverendissimi in Christo Patris D. Joannis Demetrii Soli-
kowski Archiepiscopi Leopoliensis subscriptas, sigillisque ejusdem et
Venerabilis Capituli Ecclesiæ Leopoliensis communitas, sanas illaesas
omnique suspicione vitii carentes, Supplicatumque ut easdem litteras
auctoritate nostra approbare, confirmare et ratificare dignaremur,
quarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. In nomine
Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam Nos Joannes Demetrius
Solikowski Dei et Apostolicæ Sedis gratia Sanctæ Metropolitanæ Leopolien-
sis Ecclesiæ Archiepiscopus, Abbatiæ Vaikoviensis Administrator per-
petuus, ac Moldaviæ Apostolicus superintendens. Notum et testatum fa-
cimus, ac quos pertinet universis et singulis. Quod nos pro pastorali
munere nostro, cultum Dei amplificantes, et ovium nobis commissarum
saluti pro nostra virili intendentes, ad veram animi devotionem
plurimum momenti etiam piæ ac honestæ in templis picturæ,
cum salvatoris nostri, cum Beatæ Mariæ Virginis matris ejus, ac
sanctorum Dei juxta antiquum usum sanctæ Catholicæ Ecclesiæ et
sanctorum canonum instituta adferre considerantes in re non
postremi momenti in Ecclesia Dei, cujus eximus pastor, certum
ordinem constituendum duximus. Crescente enim Christi fidelium
in exornandis Ecclesiis et parandis ad eas sacris imaginibus dili-
gentia, sicut privatæ quorumcunque pro suo libito pingendi cupiditati
quæ in infinitum procedere videtur occurrendum erat, ita certus ordo
et modus instituendus, ut quod ad decorem domus Dei ordinatum est,
ne deformationem adferat quod ad ædificationem, ne scandalum pa-
riat quod ad institutionem salutarem, ne ad corruptionem viam
aperiat. Præterea cum inter nos Schismatici maneant, qui adhuc
magna temeritate in suis erroribus persistunt, eisque per suas
picturas Catholica templa inficere tentant cum injuria et contume-
lia Ecclesiæ sanctæ, ac ordinum et præsidum ejus. Quamobrem nos
omnibus inconvenientiis ac scandalis in eo passu occurrere volen-
tes, ad bonum ordinem et decorem Ecclesiæ nobis commissæ, fra-
ternitatem artis et facultatis pictoriæ in hac civitate Leopoliensi
instituendam, fundandam et ordinandam duximus, prout instituimus fundamus et ordinamus in Dei nomine, quantum ad Eccle-
siasticas picturas et funera Catholicorum spectat, adjuvante nos
etiam facultate societatis sanctæ Annæ, qua nobis permissum
est etiam alias pias spirituales societates, ac earum assecla-
et administras ad Dei gloriam asciscere, et in nos ejus societatis
admittere et recipere. Facturum ut ea facultas et fraternitas me-
lius procedat nobilem ac eruditum virum Joannem Swankowski
Sacræ Regiæ Majestatis pictorem privilegiatum, ejus fraternitatis
Præfectum sociosque illius egregios Joannem Gallum a nobis

 in hanc civitatem advectum, Casparum Szparczyk, Joannem Rudulk, Josephum Wolphowicz, Joannem Kiarsko, Jacobum Kieszczyński, Nicolaum Ruzyński una cum his sociis, quos haec eorum fraternitas educerit, induxerit ac approbaverit constituimus, declaramus ac ordinamus praesentibus litteris nostris. deinde cum venerabili Capitulo nostro, ei pictorum fraternitati, damus Beatam Mariam Virginem circumamictam sole Ecclesiae nostrae, et Capituli patronam puerum Jesum in manibus gestantem, ad cujus genua monoceros(?) patrium nostrum insigne currens, subtus(?) vero tres areis candidis in campo rubro arti pictorum, ab Imperatoribus Romanis collatis habebuntur prout hic depictum cernere licet. Quo signo omnes templorum Catholicorum imagines quacunque consignatae fuerint, eas tantum nos, et successores nostri Reverendissimi dominii Archiepiscopi Leopolienses consecrandas et benedicandas suscipient, caeteras vero hoc signo carentes reicient, neque in templis Catholicis reponi permittent. Nihilominus quae jam ante hoc privilegium reposita sunt, nec removeri, nec in dubium vocari debent nisi quid prophanum aut indecens judicio nostro habuerint. Cupieremus quidem ex animo hujus urbis Dioecesis ac provinciae nostrae, omnes Schismaticos et a nostra sancta Catholica ~~Ecclesia~~ Romana religione alienos ad Ecclesiae Catholicae unitatem et veritatem reverti, si non perfecto illo unionis modo, ubi omnes partes suo toti, et totum suis partibus perfecti congruit ac respondet, saltem eo modo, quo in concilio Florentino agnita processione, a patre et filio, Spiritus sancti et in obedientia erga summum Pastorem ac unitatem corporis Christi mystici, quod est Ecclesia suis ritibus sacra facere, et Deum colere permissi fuerunt, quod et ipsi Patres nostri apud sanctam sedem Apostolicam Romanam praestiterunt, Deum orantes, ut nobiscum veram pacem amplecti et Reginam hanc nostram sanctam matrem Ecclesiam circumdatam varietatibus segni, illique obsequi velint et aliquid de sua temeritate remittant, non solum tanquam fratres diligeremus, sed etiam praerogativarum omnium participes nobiscum esse vellemus. Quam obrem et Valer, in suis ritibus pacem nobiscum et charitatem servantes, pictores nostri Catholici in suam fraternitatem et societatem recipere et admittere poterunt. Hortamur itaque spectabilem Magistratum civilem ac officium Castrense Leopolienses caeterosque Magistratus in tota Archidioecesi nostra existentes, ut hanc ordinationem nostram pastoralem et privilegium spirituale potestatis nostrae, omnibus qui pictores dici et haberi velint ad praesentiam sui vocatis ad notitiam deducant, et ne qui deinceps ignorationem praetensa de damnis sibi factis, quasi sine praemonitione et ex improviso, labores ad templa Catholica pingen

ab hominibus sibi impositos susceperint, merito queri posse videantur. Quodsi quispiam fidelium nostrorum religionis temerario ausu contra ordinationem hanc nostram aliquid facere, et picturas Schismaticorum vel eandem fraternitatem non servandum sibi comparare, et templis inferre attentaverit sanguam rebellis jurisdictionis nostrae, et inobediens Ecclesiae filius rei ipsa statim excommunicationi subjacebit, et damnum ejectis suis imaginibus temere et inconsulto templo illatis subibit. In quorum omnium fidem praesentes litteras privilegii, instituionis, fundationis et ordinationis nostrae, manu nostra subscripsimus et Sigillis nostro et Venerabilis Capituli nostri communiri mandavimus. Datum Leopoli die decima mensis Julii Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo sexto. –

Joannes Demetrius Solikowski Archiepiscopus Leopoliensis manu propria.
Albertus Perlicii Praepositus, Officialis, et Venerabilis Capituli Leopoliensis procuratoris manu propria. Nos itaque Sigismundus tertius supra nominatus Rex supplicationi praefatis benigne annuendo litteras praefatas sectas in omnibus earum punctis clausulis et articulis confirmandas approbandas et palificandas duximus, quemadmodum approbamus confirmamus et ratificamus praesenter, easque robur debitae firmitatis tandum quantum de jure est, obtinere debere volumus. In cujus rei fidem praesentes manu nostra subscripsimus Sigillumque Regni nostri consignari mandavimus. Datum Varsoviae in Conventu Regni generali die vigesimo mensis Martii Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, Regnorum vero nostrorum Poloniae decimo, Sueciae anno quarto. Sigismundus Rex.

Sigismundus III Privilegium pictoribus Leopoliensibus datum Varsoviae d. 20 Martii 1597.

62

LXIX. Vladislaus Quartus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque nec non Suecorum Gothorum Vandalorumque haereditarius Rex electus Magnus Dux Moschoviae significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis et singulis. Exhibitum nobis esse nunc et ex parte civium nostrorum Drohobycensium Privilegium manu Serenissimi olim Divae memoriae Stephani Regis Poloniae Praedecessoris nostri subscriptum et Sigillo Regni communitum Supplicatumque nobis est ut idem Privilegium authoritate nostra Regia approbare et confirmare dignaremur. Cujus quidem ~~Loci~~ Privilegii tenor is est qui sequitur. Stephanus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniae Kijoviae Podlachiae Volhiniae etc. nec non Princeps Transylvaniae Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis et singulis harum notitiam habituris Exhibitas esse coram nobis per certos quosdam Consiliarios nostros pro parte civium nostrorum Drohobycensium litteras infrascriptas partim

98. Privilegiorum partim Decretorum cum titulis et Sigillis Serenissimorum olim Antecessorum nostrorum Regum Poloniae sanos salvos et integros ac omni prorsus suspicionis nota carentes Supplicatumque est nobis per certos Consiliarios nostros ut ejusmodi litteras et decreta in omnibus earum punctis clausulis articulis et conditionibus tam in parte quam in toto authoritate nostra Regia approbare ratificare innovare et confirmare dignaremur. Quarum quidem litterarum seu Privilegiorum ac Decretorum tenor de verbo ad verbum seqquitur est talis. Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae ac Masoviae etc. Dominus et haeres. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis. Quia nos benignam rationem habentes pauperum in hospitali Drohobycensi commorantium, volentesque de nostra pietate Regia eorum paupertatem ope nostra sublevare, eidem hospitali liberam portionem Salsuginis alias Szyrowicze ad duas Patellas vulgo Crzany vocant omni tempore non expectata ordinaria vicissitudine hoc est bes oholicze in Cuppis nostris Drohobycensibus de certa scientia nostra Regia permittendum duximus permittimusque praesentibus ad beneplacitum durabitas voluntatis nostrae. Quare tibi Cuppario nostro Drohobycensi in praesentia et pro tempore exeunti mandamus ut Provisoribus ejusdem Hospitalis quandocunque Salsuginem ipsam pro usu et necessitatibus Hospitalis praefati excoqui voluerint sufficientem copiam bonae salsuginis et non sportaceam quam vulgariter Kossowa apellant ad duas patellas del darique facias. Atque in hac ipsa libertate exequendi salis per nos hospitali praefato gratiose donata sic ut praemissum est conservandum illud curet Pro gratia nostra. Harum testimonio litterarum quibus Sigillum nostrum est subimpressum Datum in civitate nostra Cracoviensi sabbato post festum Sancti Martini proxime Anno Domini Millesimo Quingentesimo Trigesimo Septimo Regni vero nostri anno Trigesimo Primo. Relatio Magnifici Pauli de Wola Regni Poloniae Vicecancellarii Burgrabii Cracoviensis et Gostinensis Capitanei etc. Paulus de Wola Vicecancellarius. Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae ac Masoviae etc. Dominus et haeres Significamus tenore praesentium quibus expedit universis Quia oppidani nostri Drohobycenses meluentes ne hominum ritus Graeci vel Ruthenici illud Oppidum incolentes Synagogam ibidem exstruerent seu aedificarent Supplicarunt nobis ne praefatis Ruthenicis aedificandi ipsam Synagogam potestatem faceremus alligantes nunquam ante hac eam ipsam Synagogam illic in ipso Oppido fuisse. Quorum supplicationibus nos justis benigne annuentes Ita quidem si praefata Synagoga in eodem oppido nostro Drohobycensi nunquam ante hac fuit, ipsos circa illam libertatem et usum conservavimus et conservamus, nec eisdem Ruthenis aedificandam Synagogam praedictam admittimus, super quo praesentes

litteras ex Cancellaria nostra extradi iis mandavimus. Quibus in testimo-
99
nium Sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Datum Cracoviae fe-
ria quarta proxima post Dominicam Jubilate Anno Domini Millesimo
Quingentesimo Quadragesimo, Regni vero nostri anno tricesimo quarto.
Relatio Magnifici Pauli de Wola, Regni Poloniae Cancellarii Burgrabii Cra-
coviensis et Capitanei Gostinensis etc. Paulus de Wola Regni Poloniae Can-
cellarius scripsit. Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae Magnus
Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae etc. Dominus et
haeres. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis et
singulis praesentibus et futuris harum notitiam habituris. Quod cum
attulisset nobis Generosus Stanislaus Orlik Cupparum nostrarum
Russiae Praefectus Quod Honorabilis Paulus Boracius Concionator Eccle-
siae Drohobycensis non pro dignitate muneris ac functionis sui
sumptibus ac proventibus sit muneratus supplicasset atque nobis
gratiam ex gratia et liberalitate nostra aliquid ex nostro sumptu-
um pium opus impendere dignaremur. Nos annuentes ipsius suppli-
cationibus tamquam justis et rationi consonis, ac declarantes etiam
pro nostra Virili animum [illegible] res Ecclesiasticas praesertim quae
vere subsidio egent, permittendum duximus, prout permittimus per
praesentes litteras nostras ut tam ipsi monas[illegible] quam postea ipsum sub-
sequentibus Concionatoribus Drohobycensibus, qui isthac verbum Domini
populo annunciabunt liberum sit duabus patellis minoribus, quae
Chrany vocant Salsuginem ad Caras [illegible] vocales non observato
ordine alias ber[illegible] in Cuppis nostris Drohobycensibus
educere vel extrahere [illegible] in usum qui ipsi et successoribus suis ubi-
lior et commodior visus erit cum omni jure dominio proprietate habere
possidere ac convertere perpetuis temporibus et in aevum. Quare Ge-
neroso Stanislao Orlik Cupparum nostrarum Russiae Praefecto manda-
mus cubus oneribus pro tempore existentibus Cupparis nostris
Russiae, idem ad notitiam deducimus mandantes, ut circa litteras
istas concessionis et permissionis nostrae Praefatum ~~Boracium~~ Pau-
lum Bohacium et concionatorem et alios posthac, qui in ejus locum
erunt deinceps futuris temporibus suffecti, Concionatores Drohobycenses,
qui verbo Dei populum in Ecclesia instruent et erudient ipsius suc-
cessores in toto conservetis, neque omnino eam facultatem educendam
salsuginem modo et ratione praemissis, a nobis gratiose permis-
sam, impediatis aut impediri a quopiam permittatis perpetuis tem-
poribus et in aevum. Pro gratia nostra facturi. In cujus rei testi-
monium Sigillum nostrum est subappensum. Datum Lublini feria
quinta ante Dominicam Cantate proxima Anno Domini Millesimo
quingentesimo quinquagesimo quarto Regni vero nostri Vigesimo
quinto. Joannes Vicieski Regni Poloniae Cancellarius scripsit.
Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux
Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Dominus et haeres

Significamus praesentibus nostris quorum interest universis Quod cum in termino ex litteris citationis nostris proveniente proponerint coram judicio nostro Judaei Samuel Markowicz Chedmensis et Isaac Jakusowicz Leopoliensis adversus Famatos Proconsulem Consules Advocatum et Scabinos Oppidi nostri Drohobycz ideo quia ipsi eosdem Judaeos in Arenda per nos illis concessa super libera propinatione vini sublimati sive cremati in Taberna ejusdem Oppidi ex censu annuo ad luviam nostram Drohobycensem pendi solito eos secundum praescriptarum litterarum nostrarum Privilegii eisdem ad Quindecim annorum spacium concessi conservare recusant quod quidem adversus eos quinquaginta aureis Ungaricalibus aestimabant. Ad ea citati per plenipotentes suos productis binis litteris Privilegiorum Oppido nostro Drohobycensi super Tabernam cremati vini perpetuis temporibus concessis Alteris divi parentis nostri Alteris vero nostris contendebant Tabernam eam pro cremato conficiendo propterea Oppido Drohobycensi concessam esse quod ex pensione cremati eam pontium viarumque reparationes quam munitiones oppidi illius praestare teneantur. Ad ipsosque Oppidanos et non ad alium quempiam vigore Privilegiorum illorum dispositionem de cremato et censu illius pertinere, ex eaque ratione plenipotentes citatorum expetebant relaxato Privilegio Arendae Actorum in derogationem priorum Privilegiorum Oppido Drohobycensi concessorum Privilegii ejusdem oppidi a nobis in debito robore conservari atque juxta eorundem Privilegiorum dispositionem Oppidanos Drohobycenses libera propinatione cremati a nobis reservari. Nos cum consiliariis et Jurisperitis prius controversia partium examinata Privilegiisque utrinque productis diligenter revisis et perpensis compertum per Actores litteras Samuel Markowicz et Isaac Jakusson Judaeos obtentas non posse derogare prioritati Privilegiorum Oppidi nostri Drohobycensis Idcoque relaxatis litteris nostris Arendae commemoratis Samueli et Isaac Judaeis datis Proconsulem Consules Advocatum et Scabinos et Oppidanos Drohobycenses in libera propinatione cremati vini secundum Praescriptum Privilegiorum illorum perpetuis temporibus conservamus, hoc nostro Decreto mediante. In cujus rei fidem Sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Lublini in conventu Regni generali feria sexta post festum Corporis Christi proxima Anno Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo nono Regni vero nostri anno undecimo. Relatio Magnifici Valentini Dembinski de Dembiany Regni Poloniae Cancellarii etc. Valentinus Dembinski R. P. Cancellarius scripsit. Stephanus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae etc. Princeps Transylvaniae etc. Significamus his litteris nostris quorum interest universis et singulis supplicatum fuisse nobis ut litteras infrascriptas in Actis Cancellariae nostrae Majoris contextas describi et illarum rescriptum Sigillo nostro signatum extradi mandare dignaremur, earum autem tenor de verbo ad verbum talis habetur. Casimirus etc. Significamus etc Quia cum inter Nobilem Arnolphum Tedaldi de Florentia Supparium ex una et cives Drohobiczenses nonnullosque alios sale Drohobiczensi

mercantes parte ex altera differentia exoriretur praenominata
Mercatoribus praejudiciali inprimis replorentes curruum sal portantium
Eandem Thelonei ab eodem sale portato exactione ubi et nobis commonstrata erat occasio ipsi nostro Cupparii indignandi extunc Cupparii ad
aequitatem ex terrigenis et bonis hominibus dicenda se referente comminiveramus Magnificis Barbaro de Tenryn Tenutariumq.) Drohobiczensem communem
sectionem faciendam cum terrigenis et civibus drohobiczensibus revicendumque qualiter sine praejudiciis illorum communibus et sine jactura
nostra nostra lumus(?) replendus et Thelonenm solvendum esset. Qua communicatione illa habita ex eadem litteras significatoriales suo et terrigenarum
fore omnium Tenutarii illius Sigillis dederat nobis, continentes
testimonia et recognitiones super sale et Thelonco praedictis, infrascriptas
sic videlicet. Quod currus quilibet sal drohobiczense venale portans debet esse longus quatuordecim palmis, cujus latitudo superior viginti solpas
inferior vero latitudo sedecem solpas profundum autem viginti solpas una
alteri superpositas debet continere ita quoque pure et juste replendus
ad quam replationem cuilibet curruu sex millia numero solparum
debent superaddi et supra apponi suos currus quilibet salis vector
merito habiturus est ab eisdemque curribus Thelonenm sic testificatum
solvendum. Qui drohobiczenses et brodecenses vices suburbanique eorundem civitatum sale ipsa mercantes per quindecim grossos et tredecem
Denarios Hospites vero et vectores alii undecunque pro sale venientes
per octodecem grossos et tredecim denarios sunt ab iis ipsis lumibus
saliter refectis sale Thelonei ratione dare debent. Itaque nec Cuppis
nostris nec salis ullum exinde praejudicium creditur jacturum Quod cum sic testificatum sic quoque recognitum cognovimus
Quare nos visis litteris testimonialibus et recognitionis ejusdem
habita deliberationis longanimi testimonium recognitionemque
praedictam approbavimus et approbamus ac ratam habere et ea
volumus tenore praesentium mediante mandantes decernentesque
per Cupparium, Civitates, et Vectores salis praedictos eam observari,
sic quoque et non aliter curruu repleri et Thelonei solvi sub poenis nostris. Actum praescatis approbationis et Decretorum nostrorum
interpretationem nobis reservamus praesentibus quandocunque
voluerimus faciendam Harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum in Radom feria tertia vigilia
Sancti Barthelomaei Anno Domini Millesimo Quadringentesimo nonagesimo primo. Relatio Jacobi de Dambno Regni Poloniae Cancellarii
et Capitanei Cracoviensis Nos itaque supplicationi hujus benigne annuentes praeinsertas litteras ex Actis Cancellariae nostrae permissione
et consensu nostro descriptas gradi mandavimus decernentes
et edictales hoc praesens illarum rescriptum non minoris authoritatis esse debere ac earum originales. In cujus rei fidem Sigillum

